QUAESTIONES
SOPHOCLEAE CRITICAE.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA

MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XXII. MENSIS DECEMBRIS CIↃIↃCCCLXVIII.

IN PUBLICO

DEFENDET

CLEMENS OTTO

SAXO-BORUSSUS.

MONASTERII.

FORMIS E. C. BRUNN.

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.
Eurip. fr. 579.

Artis criticae ut duo sunt genera, unum quod confirmat, defendit, conservat, alterum quod in suspectando coniectandoque situm est: ita in tractandis Sophoclis tragoediis duae rationes inter se oppositae in dies invaluerunt, quae in suam quaeque partem elatae non normam regulamque tractandi praebent, sed ambos circumscribunt fines, qui impune non violantur. Illud genus qui secuti sunt viri docti — cadit autem hoc in superiorem potissimum aetatem — quum moderata sobria cauta opera permulta bene instituerint, tamen nimio conservandi studio qualiacunque retinenda quovis pignore explicandaque esse rati haud raro ad spinosae interpretationis molimina confugere[1]). Quum librarios solos venerarentur scalprumque adhibere dubitarent, aculeatae subtilitates poëtae ab iis obtrusae et sanae grammaticae ratio Graecique sermonis usus interdum iusto propensius neglecta sunt. Quo factum est, ut non semper effugerint Dindorfii (Poëtt. scenicc. ed. 5. praef. p. XII., 2.) vituperationem vociferantis philologorum in scholis multa excogitari ceterorum mortalium nemini facile in mentem ventura. Alteri autem rationi quot dediti sunt *ἄνδρες Σοφόκλειοι* — sunt autem nostro saeculo haud pauci — eorum plerique, ut fit, nimii sunt in partem contrariam. Priorum admirationem

[1]) Bene Heimsoeth. Krit. Stud. I. p. 78: „Die grösste Feindin der Kritik zu allen Zeiten ist die Erklärung à tout prix."

excepit fastidium, superstitionem quodvis addubitandi immodica libido. Poëtae ut succurrant miserrime ut opinantur adflicto iusto violentius τέμνειν καί κάειν solent et in coniectando quidlibet audendi potestatem sibi datam esse arbitrantur. Quo quisque morosior haeret in verborum collocatione, eo prolixior est in transponendis versibus vel hemistichiis; ut quisque fastidiosissimus in interpretando, ita audacissimus in mutando; qui exquisiti commatis vocabulum vel formam Ionicam ferre se posse negant, ipsi verborum portenta poëtae inculcare non verentur. Itaque haud paucae lacunae statutae sunt, multa pro spuriis abiecta[1]), plura ne dicam innumerabilia coniecturis qualibuscunque tentata. Quum ita res comparata sit, ut, si mitto singula vocabula inferta et quae hic illic deprehenduntur alterius recensionis vestigia[2]), XXII tantum versus (Ai. 554. 571. 812. 841 sq. 1416. El. 691. 856. 1007 sq. 1485 sq. O. R. 1303. O. Col. 768. 954 sq. (?) 1436. Ant. 46. Trach. 84. 295. Phil. 1365. sq.) mea opinione interpolatoris manum redoleant, Dindorfius olim (Edit. Oxon. 1849) XLIX, nunc vero edit. V. Lips. 1867. CXXIV versus delendos censuit; Nauckius autem, ni eximie fallor, CC iam obelo notavit. Necdum satisfactum animis videtur sed in dies alia ab aliis in suspicionem vocantur. Proin aegre fero alterum, quod tetigi, quod exquisitae aut ubertatis aut obscuritatis exempla et praecipue unumquodque fere ἅπαξ λεγόμενον ac παρακεκινδυνευμένον, in quibus nervus poëticus laudandus erat coniecturae periculis inconsideratius tolluntur. Quid? quum in singulis tragoediis quae restant, quina dena saltem vel solito audacius vel semel dicta nomina occurrant, quam multa in plus C deperditis tragoe-

---

[1]) Heimsoeth., qui nihil non sibi arrogat in poëtae verbis transmutandis eo nomine laudandus est, quod emendare quam lacunas et additamenta rimari satius habet cf. Krit. Stud. I., p. 116: „Die Stellen, an welchen man Lücken annehmen zu müssen glaubt, nehmen (gleich denen, wo man Verse auswirft,) in so erschreckender Weise zu, dass es wohl nicht überflüssig ist, daran zu erinnern, wie auch die kleinsten Schreibfehler den Schein davon vorzuspiegeln im Stande sind.“ Quibus subscribo.

[2]) Huc refero etiam Ant. 905—913 et Oed. Col. 236—257. Numeri sunt editionis Bergk.

diis novata fuisse existimemus? Repudio et aversor nimium istud fastidium.

Ex his autem tam aemulis fervidisque studiis quantus fructus partim volentibus partim invitis criticis redundarit ad Sophoclis ingenium et dictionem recte pernoscenda, aliorum erat et est iudicium et neque ego quae bene promeruerunt viri egregia doctrina florentes infringere conabor nec, si quis conabitur, poterit. Quamquam quae suspectandi aut coniectandi gratia dictitantur, quum saepissime subtiliora quam veriora, saepe fundamento parum firmo nixa sunt, tum est ubi recentiorum hominum potius redoleant cogitandi sentiendique rationem quam antiquorum. His autem venia non danda sed explodenda pro virili parte sunt. Iam debebant accuratius quam factum est, examinare subtilem et artificiosam Sophoclis orationem praecipue figuratum dicendi genus eiusque vim et leges, quae quantum valeant in interpretando plus uno exemplo monstrabo. Codicis autem Laur. α universam indolem si recesseris ab uno Seyfferto nemo ita ponderavit ut unoquoque loco quid peccare soleat, quid non, indeque quid liceat sibi in coniectando quid minus, satis compertum habeat. Ego quidem, qui in universum Sophocle Sophoclio uti mihi videor nec foedissimis vitiis supra modum scatente nec mendorum varii generis experte, condemnationi praestare puto emendationem, emendationi nitidam simplicemque explicationem. Ad Meinekii sententiam accedendum reor (praefat. Oed. Col. p. 5.) effrenatam criticorum audaciam castigantis et fidem optimi codicis Laur. α. eximio cum litterarum emolumento defendentis. Verum sicubi virum praeclarum sua ingenii acies et lectionis copia nimis pronum praestitit ad coniecturam non deficiente commoda interpretatione[1]), et hanc licentiam denegatam esse arbitror. Habes paucis verbis, quid sequar. Veritatem volumus omnes in rebus et verbis, in natura et forma, in ratione et oratione; sed quid in quaque re verissimum sit, quid tutum inter nimium et parum, utrum interpretatio an mutatio, de hac re disceptatur et post summorum virorum curas criticas non

1) Iure hoc animadvertit F. G. Schmidt, vir de Sophocle optime meritus Analect. Soph. et Euripid. p. 1. sqq.

sine ullo fructu disceptabitur. Ad rei dijudicationem ut pro facultate aliquid conferam, de singulis quibusdam locis tragoediarum deinceps quid sentiam breviter explicabo. Ac priore commentationis parte cur sana putem multa aut damnata aut correctiunculis sollicitata exponam; altera quaedam *τομῶντα πήματα* ut cum Sophocle loquar aut primus sanare aut ab operosioribus coniecturae moliminibus ita vindicare conabor, ut faciliorem et modestiorem emendationem proponam.

Pars prior.

Aiac. 496 (ed. Bergk.)

εἰ γὰρ θάνῃς σὺ καὶ τελευτήσας ἀφῇς,
ταύτῃ νόμιζε κἀμὲ τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
βίᾳ ξυναρπασθεῖσαν Ἀργείων ὕπο
ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δουλίαν ἕξειν τροφήν.

La. a. prim. m. *θάνεις* — *τελευτήσεις* — *ʼαφῇις* correct. a secund. *θάνῃς* — *τελευτήσῃς* . apogrr. plurr. *τελευτήσας*.

Longum est dicere quot qualia rescribi voluerint pro *ἀφῇς* ut verbo parum apto de viro moriente destituenteque mulierem. Certe novissimus editor Seyffertus punctum non tulit de Bergkii coniectura mutuatus *ἃ φῇς* „si perficies, quae dicis.“ Aiacis enim haec:

y. 470. *πεῖρά τις ζητητέα*
τοιάδ', ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρί
μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.

et v. 479 *ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι*
τὸν εὐγενῆ χρή.

magis communia et infinita sunt, quam quae verbis *εἰ τελευτήσεις, ἃ φῇς* Tecmessa spectare possit. Ego si coniectura opus sit, lenissima mutatione reponam *τελευτήσας ἀπῇς* si mortuus procul futurus sis, quod ante me coniecisse sero video F. G. Schmidt (de ubert II. p. 29.).

Conf. Eur. Hec. 311 *οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ*
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
Soph. Ai. 561. *χωρὶς ὄντ' ἐμοῦ.* Phil. 425. *θανὼν Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος.* El. 1152. *φροῦδος αὐτὸς εἶ θανών.* El. 448. Eur. Hec. 161. Tro 41.

Sed examinemus, num *ἀφῇς* re vera id sit, quod defendi nequeat. Ac pervulgatum est hoc verbum haud raro valere *καταμελεῖν*, missum facere, non curare. Velut El. 1288. *τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες*, Phil. 120. *πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς*, O. Col. 914. *ἀφεὶς τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρια*, Eur. Andr. 392 *ἀρχὴν ἀφείς* omittens quod primum est, Phoen. 1233. *ἀγῶν' ἀφέντες*, Soph. El. 379., Ant 1165, passim. Iam significat aliquid ita dimittere, ut sui aut alius potestatis fiat. Sic dictum habes Ai. 745. *μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν (Αἴαντα)*, OR. 108 *εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται*, 1177 *πῶς δῆτ' ἀφῆκας τῷ γέροντι τῷδε σύ;* (tradidisti). Aeschyl. Sept. 306. ed. Herm. *ἐχθροῖς ἀφέντες τὰν βαθύχθον' αἶαν.* Soph. Ai. 796. Eur. Hipp. 1450. alias. Inde illud accrescit, quod *ἀφιέναι* est proiicere, prodere, desertum pati atque adeo deserere. Huc pertinent: Phil. 486, ubi Philoctetes:

ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς,
ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου,
ἀλλ' — ἔκσωσόν μ' ἄγων (*πρὸς οἶκον*). Quae paulo ante sic pronuntiaverat v. 470.

μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ' οἵοις ὁρᾷς.

ibid. 1054 *ἄφετε γὰρ αὐτόν, μηδὲ προςψαύσητ' ἔτι.*
ἐᾶτε μίμνειν. (abscedite ab eo).

Antig. 886. *τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,*
ἄφετε μόνην ἔρημον.

El. 1020. *οὐ γὰρ δὴ κενόν γ' ἀφήσομεν* (*τοὔργον*)

Eur. Hec. 115. *ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον*
στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες;

ibid. 367. *ἀφίημ' ὀμμάτων ἐλεύθερον*
φέγγος τόδ', Ἅιδῃ προςτιθεῖς' ἐμὸν δέμας.

Ad horum similitudinem manifesto accedit nostrum *εἰ*

τελευτήσας ἀφῇς: s i m o r t u u s m e d e s t i t u a s, schol. vet. *καταλείψεις*. Conf. ejusdem Tecmessae verba

v. 587. *καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου*
καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι μὴ π ρ ο δ ο ὺ σ ἡμᾶς γένῃ.

Ac si verba premis, deprehendes in id genus exemplis enallagen motionum, quae a lingua Graeca non aliena. Haud inepte revocare mihi videor ad Phil. 1465 ubi loca, quae Philoctetes relinquit, hunc *πέμπειν* dicuntur:

χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον,
καί μ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως.

Sin quem frangit, quod animadvertit Meinekius, Seyffertus utroque pollice laudavit, „*ἀφιέναι* recte dici de marito cum uxore divortium faciente, non recte dici de Aiace moriente et Tecmessam destituente,“ revoco ad Eur. Hel. 7.

Πρωτεὺς — τῶν κατ' οἶδμα παρθένων μίαν γαμεῖ,
Ψαμάθην, ἐπειδὴ λέκτρ' ἀ φ ῆ κ ε ν Αἰακοῦ (de muliere coniugem deserente).

Aeschyl. Ag. 395 ed. Herm. de Menelao ab uxore Helena deserto: *πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους*
αἴσχιστ' ἀ φ ε ι μ έ ν ω ν ἰδεῖν.

Quum talia toleret usus loquendi, quid obstet loco Sophoclio difficile est dictu.

Ai. 268.

τό τοι διπλάζον, ὦ γύναι, μεῖζον κακόν.

Miror elegantissimum antiquae orationis et cogitationis existimatorem, Seyffertum, hic a poëtae consilio prorsus aberravisse et obtrudisse ei mutando et interpretando recentem quandam sententiam speciosam quidem sed eam „quae non proposito conducat.“

Rescribens enim *τό τοι διπλάζον μ ε ῖ ο ν κακόν* explicat: „Res adversae communicando partiendoque leviores fiunt.“ De nova quam statuit vi verbi *διπλάζειν* revocat ad Ant. 14. *διπλῇ χερί* (oppositum *μιᾷ ἡμέρᾳ*) et 170 *διπλᾶς μοίρας* (opposit. *μιάν καθ' ἡμέραν*. Sed hanc notionem et inibi, merum ubi intelliges *ἀντιθέσεως* studium, et in tota graecitate frustra quaesiveris.

Accedit quod sensus, cuius fecit praeconia, tam non accommodatus ad sententiarum seriem, ut plane disturbet eam

ac subvertat. Ordo autem perquam certus et evidens hic est:

Dixerat chorus v. 263. sq. At si conquievit, omnino bene se habere rem putaverim. Minor enim cura est submoto malo. Contra dictura Tecmessa tantum abesse, ut elevata sit calamitas, ut in maius accreverit, sic fatur (v. 265.)

πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις
φίλους ἀνιῶν αὐτὸς ἡδονὰς ἔχειν,
ἢ κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι ξυνών;

Quae generatim et communiter dicta si ad propriam rem et unum Aiacem adegeris, quod haud dubie faciendum, sic accipies: Quodnam lenius malum tibi videtur, utrum contristantem illum amicos ipsum laetum agere, an communibus cum sociis (eum) adflictari malis? *Φίλους ἀνιῶν* enim *παθητικῶς* dictum est pro *φίλους ἐλεήμονας ἔχειν*. Ad haec non potuit non respondere chorus:

τό τοι διπλάζον μεῖζον κακόν, gravius est duplicatum malum, alterum videlicet, non utrumque ut perverse intelligere videtur Seyff. ad Ai. p. 30. versic. 9. sqq. Atque hac ratione id quod nostrum ingenium paene aversatur, Atheniensium non item, calamitatis pondus ex numero adflictorum aestimatur. Vehementer autem cavendum est ne eiusmodi acumina veteribus frequentata coniecturis removeantur.

Favent interpretationi quae sequuntur. Verba *φίλους ἀνιῶν αὐτὸς ἡδονὰς ἔχειν* (v. 266) luce clarius explanantur vv. 271—273.

ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς,
ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.

Et *κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι* (v. 267) quid sit, vide sis vv. 274—276: *νῦν δ' ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου,*
κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ,
ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος.

Summa cogitur v. 277:

ἆρ' ἔστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά.

Habes omnia tam plana et perspicua tamque ad sensum et ad verba expedita, ut ne Zoilus quidem in iis quidquam

reprehendere possit. Sed in medio relicti sunt duo versus 269 et 270, qui quidem multum turbarum criticis fecerunt. V. 269 Tecmessa expositionem suam incipit,

ἡμεῖς ἄρ᾽ οὐ νοσοῦντος ἀτώμεσθα νῦν,

Nos igitur (Tecm. et chorus) etsi morbo ille caret premimur infortunio (aeque atque antea, v. 276 *οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος*); ubi *οὐ νοσοῦντος* additum ad spem laetitiamque restinguendam, quam nuntius de Aiace mentis compote allatus (262 sqq.) choro iniecerat. Libri: *οὐ νοσοῦντες*. Hermannus novissima editione *ἄρ᾽ οὖν νοσοῦντες*. Quod pessimum est. Quid enim in his tam simpliciter dictis adeo mirabile visum est choro, ut erumpat:

πῶς τοῦτ᾽ ἔλεξας; οὐ κάτοιδ᾽ ὅπως λέγεις?

Qui lectionis *οὐ νοσοῦντες* patrocinium suscipiunt, ii quatenus scholiastam et Musgravium secuti *ἡμεῖς* de Aiace intelligunt, quocum Tecmessa se arcte coniunctam dicat, falsa ne dicam ridicula statuunt (cf. *ἡμεῖς* v. 276. de Tecm. et choro), quatenus ad Tecmessam chorum Aiacem iusto laxius referunt, monendi sunt *οὐ νοσεῖν* recte dici de Aiace insania exempto, non recte dici de Tecmessa et choro, ut illustre docent vv. 264. 271. 279. sq. 337. sq. 635. 274 *ἀνέπνευσε τῆς νόσου* 257. *λήγει* 256 *οὐκέτι* (*αἶσ᾽ ἄπλατος ἴσχει*).

Ceterum a loci consilio utrumque alienum est. Nisi enim, quod significavi, spes chori reprimenda est, otiosa verba elevato pondere contrario evadunt. Nihil igitur relinquitur nisi *οὐ νοσοῦντος*.

Atqui ne sic quidem versus viris doctis satisfecit. Qui, quum sponte intelligatur v- 269. aliquid dici debere, quo ad ipsum rerum statum applicentur, quae v. 265—268 proposita sint, notionem d u p l i c i s m a l i requirunt. Nempe praeteriit eos Tecmessam recte vice sua fungi sed repente interrumpi orationem legitime inchoatam. Dicto enim *ἡμεῖς ἄρ᾽ οὐ νοσοῦντος ἀτώμεσθα νῦν* praecidit chori mirantis pugnantia visa interrogatio id, quod simul mulier in mente habebat: *κ α ὶ α ὐ τ ὸ ς λ υ π ε ῖ τ α ι* (schol.). Hoc *καὶ αὐτὸς λυπεῖται* non temere arbitrarieque me supplere docet *ἡμεῖς* in initio versus cum vi et gravitate positum. In propatulo igitur est supersederi posse coniecturis multorum violentiori-

ribus, in quibus omnibus acumen istud tollitur, quo calamitas ex numero ponderatur.

Ai. 758.

τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα σώματα
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
ἔφασχ' ὁ μάντις.

Libri: *κἀνόνητα.*

Scite Seyffertus lectionem *κἀνόητα σώματα* tuitus est Morstadtio (Beiträg. z. Exeges. u. Krit. d. Soph. Progr. Schaffhus. 1863 p. 2—4.) *γνώματα* et Nauckio *λήματα* suadentibus. Sed nomina *σώματα* et *περισσὰ* minus adhuc dispecta videntur esse. Quod Wolffius *σώματα* propter *πίπτειν* v. inseq. illatum esse putat, hoc infirmius videbitur conferenti: Ant. 473 *ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα πίπτειν μάλιστα.*

Iam mirum quod in eodem vocabulo, quo Ellendt. Lex. Soph. s. v. vim et robur corporis adsignificari censet, F. G. Schmidt. (de ubert. I. p. 22) significationem infirmitatis homunculorum fragilitatisque deprehendisse sibi videtur. Me si audis, ex sola fluxit oppositione rhetorica (*νοῦς* et *σῶμα*), quae intimae artis Sophocliae propria est. Ne deserta castra expugnare videar cf. Schneidew. ad Ant. 10. 88. O. Col. 13. 622. Ai. 1385, passim. Adde Eur. El 387.

αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν
ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν. (Opposit. *βροτοὶ τοῖς ἤθεσιν εὐγενεῖς*). ibid 372: (*εἶδον*)

γνώμην δὲ μεγάλην ἐν πένητι σώματι.

Apud Soph. cum acumine dicitur El. 1333 *ἣν ἂν ὕμιν ἐν δόμοις τὰ δρώμεν' ὑμῶν πρόσθεν ἢ τὰ σώματα* (consilia — corpora).

Alterum erat nomen *περισσός.*

Aiacis *ὕβριν* dici debere acute pervidit Morstadt. Sed quod correctione assequi vult, in vulgata lectione situm est. *Περισσός* enim propria sua vi ac natura (*πέρι, πέριξ*) denotat id, quod nimium, supra modum est, idque aut in bonam (v. Longin ed Weisk. p. 244) aut in malam (Eustath p. 484. 16 *λαμβάνεται δέ ποτε τὸ περιττὸν καὶ οὐκ ἐπὶ ἐπαίνου*) partem, et hoc aut maius quam opus est (unus schol ad l. nostr. *παρέλκοντα καὶ ἀχρήσιμα*), aut maius quam

fas est fierique debet (alter schol. πέρα τοῦ μέτρου, τὰ χωρίς δικαίου. Bekk. Anecd. p. 296. 24. Phot. p. 312). Illud quam ineptum et futile, hoc quam sit aptum, consentaneum est. Concedendum igitur est cum reprehensione dici περισσόν adsignificata, ut ipsum contrarium insit vocis σωφροσύνη, insolentia, superbia. Cum granditate enim saepenumero nimiam sui fiduciam, fastum, arrogantiam coniungi creditum est. Velut Herod. VII. 10. 5. legis: Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα (i. q. περισσά) πάντα κολούειν, — οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν.

De vi vocabuli cf. Eur. Hipp. 445:

ἣ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται,
ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα,
τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς; καθύβρισεν.

Bacch. 428. σοφὸν δ' ἀπέχειν πραπίδα φρένα τε
περισσῶν παρὰ φωτῶν. Eur. fr. 779

ed. Wagn. οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ ἔφυ.
τοὺς μὲν περισσούς, καί τι πράσσοντας πλέον
τιμῶμεν κτλ.

Quodsi vertimus „insolentia atque imprudentia corpora“, id statuimus, quod Aiacis personae et poëtae consilio pari modo convenit. Dilucide enim περισσός explicatur

v. 760. ὅστις 'ανθρώπου φύσιν
βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ.

De Aiace superbiente cf. 777. οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν, 766. ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο.

v. 770. 773. 1088. v. 46. 127. v. 666 sq. 1070. 590.

Ai. 831. sqq.

καλῶ δ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι
ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι
πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ.

Contestatam librorum memoriam πηδήματι non ausim cum Seyfferto in πεσήματι commutare, etiamsi viro elegantissimo γέλωτ' ὀφλισκάνειν videbimur. Qui „ridiculos ait esse, qui incubiturum in gladium heroëm saltu vel incursione facta irruentem fingant.“ Ridiculus igitur etiam Teucer Euripideus Hel. 96. de Aiace narrans:

οἰκεῖον αὐτὸν ὤλεσ' ἅ λ μ' ἐπὶ ξίφος.

Ridicula Euadne (Hik. 1018) *π η δ ή σ α σ α πυρὸς ἔσω* (cf. 1039(, quod *πήδημα* explicatur v. 1070. *παρεῖται σῶμα.*

Electr. 165 sqq.

τάλαιν', ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ,
δακρύσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον
οἶτον ἔχουσα κακῶν.

Meinekio aliquid *παρακεκινδυνευμένον* sonat *ὁ ἀνήνυτος οἶτος κακῶν*, quum eam huius locutionis rationem esse putet ut genitivo is indicetur, cuius sortem aliquis habere dicatur. Commendat igitur explicationem per genetivum quem dicunt subiectivum hanc: „s o r s m a l e f i c o r u m d i r i s s i m i s p o e n i s c o e r c i t o r u m." Sed „incredulus odi" hanc rationem utpote perplexam, ambiguam, parum elegantem, praeterquam quod a defectu articuli (*κακῶν*) commendationem non habet. cf Krueg. I., 47, 8, 5.

Fugit virum doctissimum Eur. Hel. v. 164.

ὦ μ ε γ ά λ ω ν ἀ χ έ ω ν καταβαλλομένα μέγαν ο ἶ τ ο ν,
ποῖον ἁμιλλαθῶ γόον;

Sic enim legitur de certa et palmari coniectura Musgravii pro *οἶκτον*, quod hic ineptum.

Usus talium genetivorum sive adiectivi vice fungentium sive explicativorum latissime patet apud Sophoclem. Ut paucis defungar, legitur Ai. 926.

ἔμελλες — ἐξανύσσειν κακὰν
μοῖραν ἀπειρεσίων πόνων.

fr. 518. *βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν.*

Adde Aesch. Pers. 435. *συμφορὰ κακῶν.* ib. 431. *συμφορὰ πάθους.* 999. *συμφορὰ κακοῦ.*

El. 589. sg.

τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς
κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.

Falluntur, qui *εὐσεβεῖς κἀξ εὐσεβῶν* schol. rec. secuti transferunt l e g i t i m o s e x q u e l e g i t i m o c o n n u b i o natos; fallitur Nauckius, qui verba notans recusantia tale quid sententiae requirit. Quid sibi velit *εὐσεβεῖς* per id liquet, quod

proxime antecedit ut oppositum v. 587. ἥτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ (cf. 275. μιάστωρ). Intolerabile sane erat pium hominem scelerisque purum a malefico manifestaeque caedis reo premi. Nec de ceteris consentio cum editoribus. Pluralem numerum accipio figuratum, quem dicunt, qui ἠθικώτερος est, ubicunque singularia secretaque generatim atque communiter dicuntur. De nullo alio cogitandum praeter Orestem et Agamemnonem. Quod autem Schneidewinus et Wolffius primum εὐσεβεῖς ad duos (Or. Electr.) alterum ad unum (Ag.) referunt, hoc primum non patitur concinnitatis lex in figurato dicendi genere (εὐσεβ. ἐξ εὐσεβ.) tum ἐκβαλοῦσ' ἔχεις non cadit in Electram, quippe cui ex domo exire non licuerit impune (v. 312 sq. 263 sq. 282. 190. 517 sq. 785. 818. 912); sin de conatu dictum statueris cum Wolffio, ut respiciantur, quae vv. 378—382 de Electra in specum includenda nuntiantur, obstat huic rationi σχῆμα Ἀττικὸν, ἔχεις cum partic. iunctum (cuius circumlocutionis vim scite exposuit F. G. Schmidt de ub. I. p. 17. sq.) et vocula πρόσθεν v. 589., ne dicam, quae vv. 379—382 nota fiant, ea nomine interficiendi potius quam eiiciendi fuisse denotanda.

Iam quum constet de numero, non amplius de ipsa vi figurae — παρηγμένον dicunt grammatici — dubii esse possumus. Κἀξ εὐσεβῶν additum ad adaugendam sententiae gravitatem, ut indicetur Agamemnonem culpae exsortem esse neque παλαμναῖον propter immolatam Iphigeniam (vv. 563—576.).

De plurali ethico cf. Matthiaei gr. §. 293. Soph. El. 368. Ai. 1112. O. R. 1007. 1096. 1248. O. Col. 813. 976. Trach. 1237. Phil. 874. Eur. Or. 424. El. 755. Iph. Aul. 405. 932. Hik. 152. Andr. 632 Hec. 555. Ion. 755. denique Soph. Ant. 10. πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά, ubi et concinnitatis et oppositionis leges docere debebant quam futile esset istud: qualia in inimicos solent grassari.

Neque opus est Blaydesii remedio inauspicato τἀξ ἐχθρῶν κακά cf. Krueg. II., 47, 5, 1. Nauckius tamquam ἐτώσιον ἄχθος versum abiiciens, quod satis mirari non possum, clausulam eamque luculentissimam subducit, ut manca et depravata fiat oratio.

El. 887. sq.

εἰς τί μοι
βλέψασα θάλπῃ τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί;

Poëta ex se ipso interpretandus potius, quam ex Euripide interpolandus. Nam quod huic pro affectato suo acumine ab Aristophane Ran. 1334. carpto excidit Or. 621. *ἀνηφαίστῳ πυρί*, idque haud inepte de domus eversione, id non cum Nauckio et Bergkio de animi motu positum esse credam a Sophocle, qui huinsmodi ornamentis admodum parce usus sit neque acumen in iis inane unquam admiserit (cf. Schmidt. de ub. II. p. 10. sq.)

Ut dicam, quid sentiam, *πῦρ* hic neque *πυρετός*, ut vult alter schol., neque *ἐλπίς* quod nimis definitum, accipi debet. Significat vehementem animi motum, ardorem, furorem; nihil praeterea. Ut legitur Aeschyl. Agam. 1215:

παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ. ἐπέρχεται δέ μοι (cf. v. 1174. *ὀρθομαντείας πόνος*.

Callim. epigr. 47. *εὐθὺς ἐκείμαν ἐν πυρί.*
epigr. 26: *νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρί.*

Adde Soph. Ant. 88. *θερμὴ καρδία*, Eur. El. 402. *χαρᾷ θερμαινόμεσθα καρδίαν.* Latinum ignis sic adhibetur Virg. Aen. II. 575. exarsere ignes animo.
Cic. Rab Post. 6, 13. Stat. Ach. I., 509. passim

Atque qualis sit ignis ille, poëta ipse suggerit iis, quae a Chrysothemide respondentur 889. sq.:

πρός νυν θεῶν ἄκουσον, ὡς μαθοῦσά μου
τὸ λοιπὸν ἢ φρονοῦσαν ἢ μώραν λέγῃς.

et Electrae verbis 879. sq.

ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα, κἀπὶ τοῖς
σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς;

Ἀνήκεστος autem minime alienum a voce *πῦρ* sic intellecta. Pro explorato enim est sonare id non solum insanabile, sed etiam perniciosum, *δεινόν*, heillos; ut *ἀνάλογον* sit vocabulum *ἄσωτος* Ai. 190.

cf. Ai. 52. *ἀνήκεστος χαρά.* Eur. Med. 283. *μή μοί τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.* Hippol. 722. *δρᾶν ἀνηκ. κακόν.* Herod. I. 137 *ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν.* III. 154

λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον. III., 155. ἀνηκέστως διαθεῖναι. VI., 12. λυμαίνεται λύμησι ἀνηκέστοισι. Thuc. I, 132. βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. III. 39. παθεῖν ἀνήκεστον. IV., 20. τὶ ἀνήκεστον καταλαβεῖν. V., 111. ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις περιπεσεῖν. Xenoph, Hier. VI. 15. ἀνήκεστόν τι ποιεῖν. Plut. Pericl. 36. ἀνήκεστος διαφορά.

Hesych. ἀνηκέστων· ἀνυπομονήτων.

El. 1085. sq.

ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα κοινὸν εἵλου
τὰ μὴ καλὸν καθοπλίσασα κτέ.

„Dixeris egregie, notum si callida verbum reddiderit iunctura novum“: hoc Horatianum secutus, quod haud dubie cadit in Sophoclem, conservare et defendere malim καθοπλίσασα quam corrigendi indulgere cupidini. Ac secus cedideerunt coniecturae quotquot innotuere ad unam omnes. Quae suaserunt vel Wolffius et Emperius (τὸ δὴ καλὸν καθοπλ.), vel Kayserus (τὸ μὴ κακὸν καθ. in Iahn. Annall. LIX. p. 511), vel Kolsterus (Phil. V. p. 622. τὸ σὸν καλὸν καθ.), vel Nauckius (sensum: „das Unrühmliche von der Hand weisend“) ea, ut mittam cetera, a poëta ipso refutantur his verbis manifesto respiciente atque adamussim repetente versum 1081. διδύμαν ἑλοῦσ᾽ ἐρινύν, ut vidit Meinek. Phil. XX. p. 721. Nec ferri debent, quamvis a sensu sint commendatiora, inventa: Hermanni καθυπνίσασα, quod verbum non est, aut Bergkii καθιππάσασα, quae forma activa non invenitur, aut Heimsoethii (Krit. Stud. I. p. 359. sq.) ὑπεροπλίσασα, quod eodem laborat incommodo, cuiusque ne notio quidem hic accommodata est. cf. Hesych. ὑπερόπλον· ὑπὲρ τὸ δέον ὑπερήφανον id. ὑπεροπλίαις· ὑπερηφανίαισ. Hom. Od. XVII. 268. ὑπεροπλίζεσθαι est despicere et pro nihilo putare cf. Buttm. Lexil. II., p. 215. sq. Meinekii (l. c.) coniectura παροπλίσασα praeoccupata illa olim ab Erfurdtio idcirco non placet animadvertente etiam Arnoldio Soph. Rettgg. p. 32., quod genuinam praepositionem κατὰ quam schol. contestatur et debellandi sternendique notionem expellit. Sed meam monstrabo rationem.

Verborum denominativorum quae in αζειν et ιζειν terminantur aliis transitiva significatio attributa est, aliis intran-

sitiva; haud pauca utramque vim complectuntur. Ex hoc genere sunt χρονίζειν (trans. Aesch. Sept. 54. intr. Agam 814), νωτίζειν (trans. Hesych. s. v. intr. Soph. O. R. 193), νοτίζειν (trans Aesch. fr. 45. intr. Plut. phil. 3, 5.) λοχίζειν (1.) λόχον ποιεῖν Thuc III. 107, 2.) ἐν λόχῳ εἶναι Hesych. λοχίζει· ἐνεδρεύει), σπανίζειν (1. rarum reddere Philo. 2.) rarum esse Ar. Vesp. 252; aut 1.) egenum reddere Eur, Or. 1055, 2.) egere Aesch. Cho. 703) κουφίζειν (trans. Soph. Tr. 1024. intr. Phil. 735.), ἀνιάζειν (trans Od. XIX. 323 intr. IV. 589), διπλάζειν (trans. Eur. Hik. 781. intr. Soph. Ai. 268), πλησιάζειν (trans Xen. equ. 2, 5. intr. Soph. O. R. 91), πελαγίζειν (trans. Her. II. 92, intr. Ach. Tat. 724.), λιμνάζειν, φοιβάζειν (1. numine incitare, 2. incitatum esse) θειάζειν, στασιάζειν ἐθίζειν ἡσυχάζειν, ψεκάζειν, γαληνίζειν, ἐγγίζειν, κουρίζειν, γλυκάζειν, πελάζειν, ἰσάζειν, μεσάζειν, διχάζειν, μετριάζειν, ὑπτιάζειν, alia. Quocirca cum Lobeckio (ad Aiac. p. 163. ed. 3.) nullum puto esse huius notae verbum in una significatione ita alte defixum, ut ad alteram traduci nequeat.

Meo igitur iure statuere videor ὁπλίζειν non modo valere posse armis instruere, sed etiam in armis esse, ὁπλιτεύειν; ut sit eiusdem commatis verbum ac πελτάζειν, pelta esse instructum[1]). cf. Virg. Aen. II. 235 accingere neutrali vi pro se acc. Heins. ad Georg. II., 287. Talia autem verba neutralia quum interdum simplicia[2]) tum saepissime cum praepositione κατὰ coniuncta suam propriam vim in transit. significationem transferunt. Ergo καθοπλίζειν idem ac καθοπλιτεύειν ut hoc pangam, vel καταπολεμεῖν, quod iecit schol. vetus. Usum docebunt haec: A πελτάζειν ducitur καταπελτάζειν vel — τάζεσθαι τινά, peltatorum more debellare, Aristoph. Ach. 160 (schol. κατακοντίσουσι); ab αἰχμάζειν, hasta certare: καταιχμάζειν τινά. Hesych.

---

1) cf ὑπασπίζειν, παρασπίζειν συνασπίζειν scutum ferre c. alqo at ἀσπίζειν est scuto instruere.

2) λοχίζειν, i. q. ἐνεδρεύειν, evadit λοχίζειν τινά, insidias facere alicui. cf. σκυθίζειν, αἰολίζειν, τριάζειν (coll. Aesch. Cho. 335 Herm. adl). Ciris 6. „Longe aliud studium aliosque accincta labores.“

καταίχμασον· καταφόνευσον· ab ἱππάζεσθαι, equos regere: καθιππάζεσθαι τινὰ, equis proculcare Aeschyl. Eum. 153. 723. 798. Her. IX. 14; a πυκτεύειν: καταπυκτεύειν τινὰ, schol. Apoll. Rhod. II. 106; ab ἀνδρίζεσθαι, pubescere, virum se praestare (Plat. Theaet. p. 151 d. Xen. An. IV., 3, 34): κατανδρίζεσθαι (Hesych. κατανδρ. καταπαλαῖσαι); a παλαίειν luctari: καταπαλαίειν, luctando vincere Ar. Acharn. 710. Eur. Iph. A. 1013 Plat. rep. II. p. 362. d.; ab ὑποκρίνεσθαι: καθυποκρίνεσθαι, hypcrisi eludere (Dem. 19, 337); a παγκρατιάζειν: καταπαγκρ. (Philo.); a λεπτολογεῖν: καταλεπτ. τινά Arist. Ran. 848; ab ἀγωνίζεσθαι: καταγων. τινά, (Pol. II., 45, 4. Plut. Num. 19. Hesych.); a μάχεσθαι :καταμάχεσθαι τινά, Diod. S. III. 17 Plut. Flam. 3; a ναυμαχεῖν: καταναυμαχεῖν τινά Andoc. III., 5 Isocr. IV., 154. XII., 105. Multa alia consulto mitto finemque facio addens: ab ὁπλίζειν, armatum esse, καθοπλίζειν, armis devincere, Soph. El. 1086. (schol. vet. καταπολεμεῖν, καταγωνίζεσθαι, νικῆν).

O. T. 424 sq.

ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,
ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

Si coniecturae quo ingeniosiores eo commendatiores essent, accederem Nauckio σῷ τοκεῖ καὶ σ. τ. coniectanti. Quod ut reiiciam, movet me Oedipus iniecta per vatem parentum notione vehementissime obstupefactus v. 437., unde iure colligas antea Tiresiae tale quid non excidisse. Quod alii sub ἄλλων πλῆθος κακῶν exsilia Oedipi et Polynicis, mutuam fratrum occisionem, Iocastae Antigonaeque mortes intelligunt, nihil vidi, quod a re sit magis absonum. Notandum est altercationem Oedipi et Tiresiae vv. 330—462. post gravissimas in hunc suspiciones excitatas (346 sqq. 378 sqq.) ita procedere, ut rex auguris vaticinandi facultatem derideat eumque oculis menteque caecum appellet (357. 365 μάτην. 370 sq. 374. 389. 390—396. 433 μῶρα.), ita desinere, ut vates divinum in se numen defendat (v. 461. sq.) et unum Oedipum occaecatum esse nec se ipsum novisse non verbis solum sed rerum eventu monstret (372 sq. 412 sq. 440 ironice). Ex eo autem necessitate certa efficitur de nullis aliis

malis cogitari debere nisi de iis, quae iam sint nec tamen cognoscantur.

Quae qualia sint, ex vatis peroratione v. 447 sqq. licet intelligi, ubi semina sententiarum versu

ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις „*αἰνικτὰ κἀσαφῆ*“ prolata explicatius redduntur.

Priori hemistichio more Sophoclio respondent vv. 449—454 posteriori v. 457. sqq.

In locutione deprehendo acumen, nihil contorti. Commode schol. rec. *ἴσον δείξει σε σοί*, i. e. quis sis et unde ortus, quum usque ad illud tempus *τῆς Τύχης* (v. 1080.) filius fuerit. Sensum porrigunt v. 1348 *ἀναγνῶναι*. 1393 *ἔδειξα ἐμαυτὸν ἔνθεν ἦν γεγώς*. 1068 *εἴθε μή ποτε γνοίης ὃς εἶ*. 454. *φανήσεται*. Contrarium sic effertur v. 1085: *τοιόςδε δ' ἐκφὺς οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι ποτ' ἄλλος*. Omnium maximi momenti v. 438. est: *ἥδ' ἡμέρα φύσει σε καὶ διαφθερεῖ*. quod *φύσει* editorum fastidium praetermisisse videtur. Nauck. nimirum postqaum v. 425. *σῷ τοκεῖ* coniecit, nunc edit. 5. *φανεῖ* suadet pro *φύσει* nec animadvertit, quam non ad hoc quadret quum interrogatio regis: *τίς δέ μ' ἐκφύει βροτῶν;* tum responsum: *ὡς πάντ' ἄγαν γ'αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις.*

Ἰσοῦν ut hoc addam non minus *αἰνιγματικῶς* usurpatum est El. 686 *δρόμῳ δ' ἰσώσας τῇ (ἀ)φέσει τὰ τέρματα·* intelligo *ταὐτὸν ποιήσας*, *ἑνώσας*, *συνάψας*. Comparo Caes. bell. G. II. 19 „his facile pulsis . . . incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, ut paene uno tempore et ad silvas et in flumine et iam in manibus nostris hostes viderentur.“

O. R. 476 sqq.

Φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν
ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πετραῖος ὁ ταῦρος.

L. a. Dübner. test. *ὡσ ταῦρος*, Wolffio *ὁ ταῦρος*.

Mire Meinekius *ὁ γαῦρος* invenit, quod sive hilarus laetabundusque (vocab. primit. *ΓΑΓ*, unde *γαίω*, gaudeo), sive cum Meinekio insolens atque superbus intelligimus, parum cadit in eum, qui criminis conscius timidusque (v. 294) in silvas et antra aufugerit et ferarum instar *μέλεος*

μελέῳ ποδὶ χηρεύων vitam degat. Mihi quidem lectio *ὁ ταῦρος* eaque a G. Wolffio Mus. Rhen. IX. p. 125 disertim contestata una genuina videtur esse. Recte quidem de Bonitzii sententia Nauckius observavit articulum esse impedimento, ne interpretemnr „tamquam taurus". Nec vero praedicative, ut dicunt, mea sententia dictum est *ὁ ταῦρος*, sed subiectum praestat proprium enuntiationis: „Antra subit et rupes ille taurus." Sic Crates apud Diog. L. II. 126. Menedemum philosophum quia *σεμνὸς ἱκανῶς* erat, simpliciter *ταῦρον Ἐρέτρην* nominat nullo addito *ἅτε* vel *ὡς*, quod nostro loco requirunt. Sic ubicunque hominum animus immanis et saevus, voltus torvus et efferatus describendi sunt, a tauro fero imagines et translationes sumuntur, nam *θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί* (*οἱ ταῦροι*) Aristot. de partt. anim. II. 4. Eo pertinent *ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν* Plat. Phaedr. p. 117 b. Arist. Ran. 804: *ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.* Luc. Philop. 2.

Accedit, quod summum est, usus figuratus verbi *ταυρόω* (in taurum converto) cf. Aesch. Cho. 272.

ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον, bonorum iactura exasperatum. Eur. Med. 92.

ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖς δ' ὥς τι δρασείουσαν. (schol. *ἀγριουμένην*).

ib. 187. *καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης*
ἀποταυροῦται δμωσίν.

ὁ ταῦρος igitur idem ac *ὁ ταυρούμενος* sed fortius elatum, efferatus.

O. R. 584 sqq.

σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς
ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ
ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὔθ' ἕξει κράτη.

Iniuste verbum *εὕδειν* et hic et O. Col. 307 oppugnatur.

Verum primum constare debet in contentionibus, quas dicimus, res inter se contrarias saepenumero, quo exaggeretur vis adversativa, solito fortius et gravius efferri: quod in deliciis est poëtae; tum verbum *εὕδειν* similiaque haud raro transferri, ad securitatem et vacuitatem ab angoribus denotandum, praesertim quum translationis ratio ex no-

minibus proxime adiunctis cognosci queat. Ut nostro loco contrarium ξὺν φόβοισι lucem affert. Quod Schmidt. Anal. Soph. p. 43. salse iecit: „Neminem posse εὕδοντα regnare“, hoc nollem factum. Nam qui tandem rex vel tyrannus somno carere possit? At tutam et securam quietem nec noctu nec interdiu capere licuisse tyrannis, quibus se similem praestat hac fabula Oedipus, apud Graecos omnino creditum est cf. etiam Eur. El. 615 sqq.

Quapropter videndum, ut eo nomine non parvam commendationem hoc verbum habeat. Sed quid multa? Tam similis nostro quam ovo ovum locus est supr. 65. ὥστ᾽ οὐχ᾽ ὕπνῳ γ᾽ εὕδοντα μ᾽ ἐξεγείρετε.

Quae quid sibi velint, clare evincunt proxime insequentia:

ἀλλ᾽ ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δή,
πολλὰς δ᾽ ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.

Adde Tr. 175. ὥσθ᾽ ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ
φόβῳ ταρβοῦσαν, ubi recte Hermannus securam explicat. Eur. El. 617. senex coram Oreste insidias structuro adversus Aegisthum tyrannum non noctu sed luce haec: φοβεῖται γάρ σε κοὐχ εὕδει σαφῶς. Soph. fr. 563. ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὑδεύσῃ φρενί. Theocrit. Id. II. 126. καί μ᾽ εἰ μέν κ᾽ ἐδέχεσθε τὰ δ᾽ ἦς φίλα — Εὗδον κ᾽, εἴτε μόνον τὸ καλόν στόμα τευς ἐφίλησα. Hesych. εὑδήσει· ἡσυχάσει.

Latius patere hunc usum figuratum elucet Soph. O. R. 1222.

ἀνέπνευσά τ᾽ ἐκ σέθεν
καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα i. q.

„servatorem te nuncupo eumque, qui in tutum me restitueris“. infr. 620 ἡσυχάζων, si quid video, est incuriosus. O. Col. 82. ἐν ἡσύχῳ, in tuto. Eur. Ion. 601. οὐχ ἡσυχάζων ἐν πόλει φόβου πλέᾳ. Demosth. Phil IV. 70 (p. 150., 11.) ἡσύχιος βίος explicatur ἀσφαλὴς καὶ ἀκίνδυνος. Analogum est Latinum dormire Ter. Phorm. V., 8., 18 Clam te uxorem duxit et inde filiam suscepit, dum tu dormis. Cic. fam. VIII., 17. Vos dormitis nec haec adhuc mihi videmini intelligere.

Diversa ratio est loci O. Col. 307. κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σου δεῦρ᾽ ἀφίξεται ταχύς.

Brunck. ἕρπει, van Eldik. σπεύδει, Seidler. ἕρδει, Reisk. τἄλλ' ᾗ F. G. Schmidt (ubert II. p. 15. not.) κλύει coniecerunt. Quorum illi ambulantem an quid facientem faciunt Theseum isto quo audiet temporis articulo? hic locutionem βραδὺς κλύει non ita mihi probavit, ut dubitationem exemerit. Sic habeas. Propter oppositionem rhetoricam (βραδύς — ἀφίξεται ταχύς) et particulas κεἰ coniunctas equidem εὕδει non figurato sed peculiari sensu acceptum aptissimum duco: „Nihil illum retinebit, ac ne tum quidem si futurum sit, ut altissimo sit sopitus somno.“ Non inepte conferre videor Aesch. fr. 364.

ὁρᾷς δίκην ἄναυδον, οὐχ ὁρωμένην
εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ.

At vero quis mortalium vel βραδύς vel ταχύς dormit? Immo εὕδει βραδύς hic non est i. q. εὕδει βραδέως, verum ἐκ περισσοῦ positum βραδὺς proleptice cum significatione effecti ad enuntiati subiectum refertur. Ne nimius sim et insolens in re pervulgata cf. Krueg. I., 57, 2—5. II., 57., 5. Lobeck ad Ai. 517 Herm. ad Tr. 106. Well. ad Aesch. Ag. 1220 (1206 ed. Herm.) εὔφημον κοίμησον στόμα. Soph. Ant. 224 κοῦφον ἐξάρας πόδα. 1302 λύει κελαινὰ βλέφαρα El. 1084 (νώνυμος). Hesiod opp. 540.

τρίχες ὀρθαὶ φρίσσουσιν ἀειρομέναι.

βραδὺς adiectivum valet tardus corpore ingenioque etiam Thuc 1. 71 et 84. Arist. Nubb. 129. Plat. Phaedr. p. 239 a.

O. Col. 113 sq.

σιγήσομαί τε καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλσος κτἑ.

Adeo hic sollicitatum nomen pedis est, ut fortasse praestet praeterire salvo pede. Ac dedere quasi concertantes Cobet. N. L. p. 193 πάλιν, Schneidew. Phil. VIII. p. 552. πέρα M. de Karaian. M. Rhen. XII. p. 304 sq. πέλας Martin. Progr. Pos. 1858 p. 30. τόδε, Dindorf. ed. 5. ποιῶν, quorum nullum tale est, ut sua quasi claritudine vulnus quoddam delitescens collustret, nedum sensui opituletur.

Perverse etiam σχῆμα ὅκαθ' λον καὶ μέρος ab aliis statuitur; nam eius vis epexegetica est, ut, quod de toto in

universum dicatur, hoc ad partem potissimum et proprie spectare indicetur (ut O. R. 718. Phil. 1301. O. Col. 314) Quid? *κρύπτειν* non tam a parte alienum quam in totum quadrat?

Diversam rationem Wannowskius iniit (Synt. anomal. Lips. 1835. p. 248) *κρύπτειν πόδα* in unam comprehendens vim verbalem, unde *με* pendere arbitratur. Hoc ferri posse nego. Nam huius locutionis (synchysis) ea indoles est, ut vis transitiva non ex verbo (*κρύπτειν*) sed ex nomin. subst. (*πούς*) accrescat, accusativus autem personal. a priori accusativo plane diversus sit atque separatus cf. exempll. Matth. gr. §. 421. 4 Krueg. II., 46., 18., 2. Tr. 997 *οἵαν μ' ἔθου λώβαν* O. Col. 1120. *τέκνα φανέντα μηκύνω λόγον.* Schneidew. ad El. 123. O. Col. 583. Ergo *πόδα κρύπτειν* hac structura nihil aliud potest significare nisi suum pedem abscondere, *πόδα κρ. τινὰ* gressus suos ab aliquo occultare, eum evitare, fugere.

Si correctione opus esset, scriberem facillima mutatione cum Suida s. v. *νὶν*: *καί σύ μου 'ξ ὁδοῦ* cett. Quod immerito impugnavit Nauck. dicens „non gradus sed hominem debuisse dici". Contra vid. Ai. 806. *ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν* et O. Col. 362. Ego sic iudico: Nomen *πούς*, sicut *χείρ, γλῶσσα, θυμός, φρήν, ὄμμα*, id genus alia, ipsius personae saepenumero vicem gerit. Primum notanda sunt adiectiva minus pedi quam toti homini convenientia. Eur. Or. 1505 *ἐπτοημένῳ ποδί*, Phoen. 834. *τυφλῷ ποδί* (de Tiresia) 1549 *πόδα τυφλόπουν.* Soph. Ant. 1144 *καθαρσίῳ ποδί.* fr. 247. *ἀποπλήκτῳ ποδί* (*μανιώδει*). fr. 751 *ζῶντι ποδὶ χρώμενον* (vivus vigensque) Accedunt Phil, 1260 *ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα* (i. e. *σαυτόν*). Aesch. Pro. 265 *ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει.* Eur. Or. 1217. *δόμων πάρος μένουσα παρθένου δέχου πόδα* (i. e. *πάρθενον*). Soph. Tr. 549. *τῶν δ' ὑπεκτρέπει πόδα* (*ἑαυτόν*) de oculo et quidem emendate dictum infracta atque debilitata vi vocabuli, ut nihil relinquatur nisi motionis notio (cf. Aesch. Sept. 604. *ποδῶκες ὄμμα.*) Eur. Hiqp. 661. *θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδί* (cum patre), Hec. 977 *τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα.* Quibus cognitis quid rei sit nostro loco, elucebit. Voce *πόδα* homo denotatur, vocula *με* item: *σχῆμα* vocatur *ἐκ παραλλήλου*, et id est, quod antiquorum hominum

simplicitatem nativam maxime prodit. Tragicis id satis tritum, cf. Lobeck ad Ai. 310. 757 Herm. ad Eur. Hel. 3. F. G. Schmidt ub. II. q. 13. sq. Hic decet senem imbecillum caecum ideoque valde sollicitatum perissologia.

Consimilia habes Ai, 1062:

ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔτις ἔστ' ἀνὴρ σθένων
τοσοῦτον ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ, ubi nemo recte cogitare gnarus cum schol. figuram de toto et parte statuet; praeter *σῶμα* enim nihil relictum.

fr. 303 *πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φορᾷ δέμας*

Eur. Hel. 2 (*Νεῖλος*) *Αἰγύπτου πέδον*
λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας (*γύαι* quoque totum praestant). Aeschyl. Pers. 820.

νεκρῶν δὲ θῖνες καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν
ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.

O. Col. 301. sqq.

Chorus interrogatus, num Theseum caeci hominis respectum habiturum putet adventurumque esse, respondet: *καὶ κάρτ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.* Ad ea Oedipus: *τίς δ' ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν:*

Tum chorus: *μακρὰ κέλευθος. πολλὰ δ' ἐμπόρων ἔπη*
φιλεῖ πλανᾶσθαι, τῶν ἐκεῖνος ἀΐων,
θάρσει, παρέσται· πολὺ γάρ, ὦ γέρον, τὸ σὸν
ὄνομα διήκει πάντας, ὥστε κεἰ βραδὺς
εὕδει, κλύων σου δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς.

In quibus longe ineptissima esse vv. 303 et 304., si intelligas, ut vulgo intelligantur, ita diserte et acriter H. Hirzelius M. Rhen. XVIII. p. 306 sqq. demonstravit, ut ego hoc negotio possim supersedere. Salutem ut afferat loco corrupto, vv. 301—304. delenda censet et Meinekium, qui edidit eos pro genuinis, in praefatione O. Col. p. X. assentientem habet. Verum quum *ἀθετεῖν* nunc saeculum vocetur et in dies plura atque plura secludantur, operae pretium videtur esse docere quomodo haec desperata non dicam ferri sed commode defendi possint vel potius debeant. Nihil mutandum, sed transponenda adiectiva sunt:

πολλὴ κέλευθος· μακρὰ δ' ἐμπόρων ἔπη
φιλεῖ πλανᾶσθαι. Cuius transpositionis ansam dedit sciolo v. 164 *πολλὰ κέλευθος ἐρατύει.*

Κέλευθος non viam significat sed iter, ut saepius.

Sententia haec: Multa sunt (hominum) itinera, lateque viatorum dicta solent dispergi. Verbum *πλανᾶσθαι* tum demum bene se habet, si cum *μακρά* (longe lateque) coniungitur. cf. Pind. Isth. II. 35 *μακρὰ δισκήσας.* Pyth. I. 45. *μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσασθ' ἀντίους.* Hom. Il. II,224 *μακρὰ βοῶν.* (weithin), saepius. VII. 213 Od. IX. 450 *μακρὰ βιβάς.* Xen. Anab. III, 4, 16, *μακρότερον γὰρ οἱ Ῥόδιοι τῶν Περσῶν ἐσφενδόνων.* Diod XVIII, 67 *οἱ μακρότερον διεστηκότες.*

Alias codex verba transponit: Phil 859. 1332. Ant. 998. 1114. Ai. 320. Et Phil. 30 *ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ* haudscio an legendum sit

ὅρα κατ' αὐλὴν μὴ καθυπνώσας κυρῇ; quia *καθ' ὕπνον* (per quietem) parum convenit verbo *καταυλισθείς,* ut vidit Seyffertus falso ille et contra usum interpretatus somnum secutus. *Αὐλὴν* recte dici antrum Philoctetae vid. Ell. s. v. *καθυπνοῦν* intransit. Xen. Mem. II, 1. 30 Herod VII, 16, 3. Item Trach. 55.

ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινά,
μάλιστα δ' ὅνπερ εἰκός, Ὕλλον, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὤραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν

propono *νέμειν — δοκοῖ,* satius videatur, placeat, decernatur. Hoc modestum dicendi genus chori item habes v. 338. *εἴ νιν πρὸς βίαν κρίνειν θέλοις.*

Sed revertor. Ordo sententiarum iam hic evadit: Oedipum fatum (v, 299) *ἦ καὶ δοκεῖτε — τιν' ἐντροπὴν*
ἢ φροντίδ' ἕξειν (αὐτόν);
chorus excipit: *καὶ κάρθ' ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.* *Αἰσθάνεσθαι,* quod est persentiscere, intelligere, quum Oedipus accipiat audire (fando), curiosus percontatur,

τίς δ' ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος 'αγγελῶν;

Nuntius enim ad Theseum missus nomen non comperérat. Iam responsio sollemnis esset: *αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ,* nempe praesentiendo et suspicando ex nuntii descriptione. At haec non disertim sed explicatius fusiusque efferuntur

sic: „Multa sunt hominum itinera; lateque dicta viatorum solent dispergi, a quibus quum ille edoctus (*ἀΐων*) sit, confide, aderit."

Iam sequitur huius sententiae confirmatio: „Multa enim, o senex, tui nominis fama ubique dimanavit, ut, licet altissimo somno consopitus esset, tamen *κλύων σου* statim esset celeriter adventurus."

In quibus *κλύων σου* valde infinite dictum esse nec sub eo intelligi posse nomen ipsum Oedipi iam animadvertit Hirzelius l. c. p. 307. Subiecta est haud dubie descriptio caeci miserique senis eiusque habitus et cultus et vestitus, quam solam ille nuntius praestare poterat.

Inventum meum, modo sit inventum, ex ipso poëta repetitum est. Vide v. 551 sqq.

πολλῶν ἀκούων ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ
τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς
ἔγνωκά σ', ὦ παῖ Λαΐου, τανῦν θ' ὁδοῖς
ἐν ταῖςδ' ἀκούων μᾶλλον ἐξεπίσταμαι.
σκευή τε γάρ σε καὶ τὸ δύστηνον κάρα
δηλοῦτον ἡμῖν ὄντ' ὃς εἶ.

Explicare iuvat versus dubitationibus et coniecturis tentatos.

'Ακούων toti enuntiato subiectum est, sed discernitur *ἔν τε τῷ πάρος χρόνῳ* (a viatoribus) et *τανῦν τε* (a nuntio, sc. v. 297 sq.) Participium repetitur ob verba interposita. At quorsum spectant verba *ὁδοῖς ἐν ταῖςδε*? Non ita ea intelligi debent, ac si Theseus adveniente nuntio forte fortuna in ista regione (velut sacrificandi causa) versaretur. Hoc enim Sophocles, qui eventorum causas atque praecessus diligentissime describit, certe indicavisset. Immo aperte contrarium habes v. 296 *ΟΙΔ. καὶ ποῦ σφ' ὁ κραίνων; ΧΟ. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει.* Ut prius *ἀκούων* ad *τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς* pertinet, calamitatum summam paucis expressam, ita ad alterum rationis quadam necessitate exspectaveris *σὲ ἐν ταῖςδε ταῖς ὁδοῖς εἶναι* (*σὲ* nimirum eadem potestate, qua supra *σοῦ* explicui). Nam ad Thesei auditionem tam nihil facit illa loci notatio, quam in Oedipi mentione gravissima et necessaria est. Legendum igitur esse duco

pro *EN* lenissima mutatione *CEN* i. e. σ' ἐν (ταῖς δ' ὁδοῖς sc. ὄντα, constructione satis nota, Krueg. 56, 7, 4.).

De tota re videsis Eur. Heracl 88. sqq., ubi Iolaus nondum agnitus praesente choro haec:

τόν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον· οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.

Ad ea chorus: οἶδ' εἰσακούσας καὶ πρίν.

O. Col. 320. sq.

σημαίνει δ' ὅτι
μόνης τόδ' ἐστὶ δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

Antehac δῆλον excusatum potius et toleratum quam defensum est; nunc corruptum iudicatur.

Meinekius quum ceterorum lusus refutet, ipse reponit, quod omnium minime ferendum existimo: τόδ' ἐστ' αἰδῆμον Ἰσμήνης κάρα. Quod αἰδῆμον si chorus diceret vel alius quispiam praeter Oedipum et Antigonam, optime se haberet. At quum virgini de virgine imo vero etiam sorori de sorore dicendum sit, expelli necesse est αἰδῆμον.

Atque δῆλον omnino integrum est. Maxima dubitatio (310. τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω; 315. τί φῶ; 316. ἆρ' ἔστιν, ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἢ γνώνη πλανᾷ; 317. οὐκ ἔχω, τί φῶ) maximum postulat quasi pondus contrarium, et idcirco Antigona, quo magis haesitaverat dubitanter, eo se iam certiorem esse non potuit non dicere. Accedit quod translaticia sunt in tragoediis nomina synonyma φανερός, ἐμφανής, ἐναργής similia de personis dicta quum in narratione, quo imago absentium evidentior sub adspectum subiiciatur, tum praecipue in actione, quo manifestius praesentes vel potius advenientes quasi digito monstrentur. Auctoritate utor ipsius poëtae Trach. 11. φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος (ποταμὸς Ἀχελῷος) manifestus et corporatus. Adde O. Col. 910.

οὐ γάρ ποτ' ἔξει τῆςδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν
κείνας (filias Oed.) ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων

Tr. 199. ὄψει δ' αὐτὸν αὐτίκ' ἐμφανῆ (leibhaft).

Ai. 518. δός μοι προςειπεῖν ἐμφανῆ τ' ἰδεῖν.

O. R. 508 φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα.

Eur. Hel. 874 ἥκει πόσις σοι Μενέλεως ὅδ' ἐμφανής, de adveniente. item ib. 1173:

καὶ νῦν πέπυσμαι φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ
εἰς γῆν ἀφῖχθαι.

Hom. Od. III. 418 (Ἀθήνη) ἥ μοι ἐναργὴς ἦλθε θεοῦ ἐς δαῖτα θάλειαν.

XVI. 161 οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς.

Il. XX. 131 χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. cf. Od. VII. 201.

Nec tali vi caret Soph. Tr. v. 608. φανερὸς ἐμφανῶς σταθείς (Hercules ad aram tauros mactaturus), quem locum a Bergkii dubitatione vindicat Eur. Or. 365:

ὅς μοι τόδ' εἶπεν ἐμφανῶς κατασταθείς.

Nunc locum Trach. 11 φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος satis munitum esse vix est, quod moneam. Meinekii quidem correctio φοιτῶν μὲν ἀργὴς ταῦρος „taurus candidi coloris" certe explodenda erit. Nam quod apud Pind. Ol. XIII. 69., ad quem revocat, ἀργᾶς ταῦρος dicitur isque immolandus. Neptuno omnino nihil illi cum nostro loco communionis est. Accedit, quod inibi ἀργᾶς non est albus sed nitidus robore et pinguitudine (blinkend). schol. vet. οὐ λευκὸν, recte inquit, τῇ χροιᾷ βούλεται λέγειν, ἀλλὰ τόν ἐκλάμποντα τῷ μεγέθει καὶ ἐπιφανῆ ἐν τῇ ἀγέλῃ. Et sane Neptuno tauri nigri coloris mactabantur.

Sin intellectum loci Pindarici receperis, laudem statues Acheloi a Deianirae consilio prorsus alienam.

O. Col 909 sqq.

οὐ γάρ ποτ' ἔξει τῆςδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν
κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων·
ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως
οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς οὔτε σῆς χθονός.

Haec adeo integra atque sincera mihi videntur, ut mutare quid in iis paene nefas ducamus. At Nauckius insaniam notat, quod postuletur, ut Creon Theseo se dignnm praebeat. Adstipularer, nisi vis vocabuli ἄξιος et compositorum amplioribus finibus circumscribenda et huius loci accuratius dispicienda conditio esset. Nisi omnia me fallunt, Theseus ἀναξιοπαθεῖ, ut qui clientibus suis et civitatis per vim abductis immerita seseque indigna passus sit. Hanc significationem habes Phil. 686 ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως (ἑαυτοῦ sc.). Ai 1392

ἄνδρα ἐκβαλεῖν ἀναξίως Eur. Iph. A. 852 παθοῦσ' ἀνάξια Ion. 1515. Iph. A. ἀνάξἰ ἠτιμασμένη v. 943. Andr. 99 δούλειον ἦμαρ εἰςπεσοῦσ' ἀναξίως.

Genitivum non repudiari a voce sic intellecta argumento est Eur. Tro. 1289 Κρόνιε — ἀνάξια τᾶς Δαρδάνου γονᾶς τάδ' οἷα πάσχομεν δέδορκας; add. Plat. Prot. p. 335 d ἀνάξιά ἐστι τἀγαθὰ τῶν κακῶν ἢ τά κακὰ τῶν ἀγαθῶν et ἀναξίως ὑμῶν h. e. vestro immerito sive non pro vestra dignitate cf. Steph. thes. Gr. I p. 479. 1. d.

Ergo sensus perquam evidens: δέδρακάς με οὐ κατάξια (ἐμοῦ). Structuram autem verba insequentia sibi accommodatiorem fecerunt.

Iam quam vera talis sententia sit quamque Thesei personae conveniens, ex ipsa fabula facile est intellectu.

Quae sui reique publicae iusta fiducia iactaverat,
(vv. 666. 656. οἶδ' ἐγώ σε μή τινα . . .
ἐνθένδ' ἀπάξοντ' ἄνδρα πρὸς βίαν ἐμοῦ.)
quam indigne ea evenerant! Quid? nonne v. 1017 παθόντα, 918 ἴσον τῷ μηδενὶ aestimatum se dicit, queritur ὕβριν 1029, curat, ne γέλως τῷ ξένῳ χειρωθεὶς βίᾳ fiat?

Ne multa: duo membra iuxta se posita οὔτ' ἐμοῦ et οὔθ' ὧν πέφυκας insequentibus ad amussim explicantur; illud quum τὴν πόλιν cuius vices Theseus gerit comprehendat, exponitur versibus 913—918: ὅστις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰςελθὼν πόλιν — — κἄμ' ἴσον τῷ μηδενὶ (ἔδοξας); hoc versibus 919—923 καίτοι σὲ Θῆβαι γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν cett.

Quod Nauckius et Meinek. οὔτε σοῦ καταξ. scripserunt, tali Creontis laudi, qualis hic statuitur, ullo pacto locum esse nego. Morum Creontis ex eo ipso de quo sermo est facinore fit aestimatio, cetera in medio relinquuntur.

Gravissimum denique argumentum positum est in pronomine αὐτός v. 912. Verum impugnatur, quia videlicet coniunctum cum ἐμοῦ aut consistit aut concidit. Nauckii inventum υἱός tragicae dictioni convenienter dictum esse iure negat Meinekius, qui quidem de coniectura nunc adamata reposuit: οὔθ' ὧν πέφυκας ἀστὸς, οὔτε σῆς χθονός. In quibus displicet tantologia

Fugit viros summos ea significatio pronominis αὐτός qua partes tueri potest pronominis personalis, quod vocatur,

magna cum vi pronuntiati, velut ego qnidem, tu quidem, ich meinerseits, er iust (pronomen definitum 3. pers,) cf. Krueg. I. 51, 1, 3 et 5, 4 sqq. Matth. Lex. Eur. s. v. I, 1. Rost. gr. Gr. § 57. Huc prae omnibus trahenda sunt:

Soph. Ai 127. *τοιαῦτα τοίνυν εἰςορῶν ὑπέρκοπον*
μηδέν ποτ᾽ εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος.

(opponitur Aiax). Tacent editores.

ib. 1283. (*χὤτ᾽*) *αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου*
λαχών τε κἀκέλευστος ἦλθ᾽ ἐναντίος.

(„er" gravissimo sono pronuntiatum) Wolff. coni. *αὐτὸς* inutiliter, Seyff. vertit „ultro" false.

O. R. 1076. *τοὐμὸν, δ᾽ ἐγώ,*
κεἰ σμικρόν ἐστι, σπέρμ᾽ ἰδεῖν βουλήσομαι.
αὕτη δ᾽ ἴσως, φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα,
τὴν δυςγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται.

Herm. olim *αὕτη*.

Hom. Il. IX. 449. *ὅς μοι παλλακίδος περιχώσατο καλλικόμοιο*
τὴν αὐτὸς φιλέεσκεν.

Eur. Med. 1384. *αὐτὴ δὲ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως* (ich für mein Theil.)

Iph. A. 1184. *μήτ᾽ ἀναγκάσῃς ἐμὲ*
κακὴν γενέσθαι περὶ σέ, μήτ᾽ αὐτὸς γένῃ.

(*μήτε σὺ περὶ ἡμᾶς*).

Or. 354. *χαῖρ᾽, εὐτυχίᾳ δ᾽ αὐτὸς ὁμιλεῖς* (oppositi sunt, qui interierunt). Soph. O. Col. 1202 *οὐ καλὸν αὐτὸν μὲν εὖ πάσχειν, παθόντα δ᾽ οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν* (für seine Person). ib 1527:

ἃ δ᾽ ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ
αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ᾽ ὅταν μόλῃς μόνος (tu quidem solus, oppositi sunt cives et filiae Oedipi) cf. 1530.

Hesych. *αὐτὸς· ἢ εγώ, ἢ σύ, ἢ ἐκεῖνος.*

Sed labor longius. Nostro loco iam satis apparet *αὐτὸς* ex vi adversativa esse explicandum, nec sine vi, ut dixerunt, sed magna cum vi positum est.

Sin quis pro *ὧν πέφυκας αὐτὸς* potius *τῶν σαυτοῦ, ὧν πέφυκας* requirat, monendus est tales soni traiectiones in sermone Graeco satis esse frequentatas.

cf. Soph. Phil 691. *ἵν᾽ αὐτὸς ἦν πρόςουρος, οὐκ ἔχων*

βάσιν, ubi post Meinekium conieci *αὐτός οἱ πρ.* sensus: *ἵν' ἑαυτῷ αὐτὸς πρόσουρος ἦν.*

Ai. 1234. *ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων, ὥς σύ φῄς, Αἴας ἔπλει.* explicatur 1099. *οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσεν ὡς αὑτοῦ κρατῶν;*

Eur. Heracl. 518 *τί δεῦρ' ἀφίκεσθ' ἱκεσίοισι σὺν κλάδοις αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; (ὑμῶν αὐτῶν ψυχὴν φιλοῦντες).* Hom. Il. I. 356. *ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας (ἑαυτῷ ἀπούρας).*

Medius hanc inter solitamque locutionem est usus ille pleonasticus *αὐτὸς αὑτοῦ* similiaque cf. El. 285. *κλαίω — αὐτὴ πρὸς αὑτήν.* Tr. 910 *αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη.*

Ant. 465. sqq.

οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν. τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι.

Corrigendi ansam dedit editoribus non minus frater verbis *τὸν ἐξ ἐμῆς μητρός* designatus, quam colloratio verborum *τὸν ἐξ ἐμῆς μητρὸς θανόντα.*

Ne sim longus, si exemplorum similitudine stabiliverimus, coniecturae ipsae dilabentur.

At primum adversandum Wolffio nihil aliud traditae lectioni subiectum esse rato nisi significationem fratris non germani. Hoc enim ferebant mores antiquissimae aetatis, ut, si qui comprivigni essent, ii patre eodem, matribus diversis uti solerent. Quapropter, si mater eadem germanaque memoratur, pater idem sponte intelligitur.

Dein hoc mihi dandum est, in re, qualis haecce est, ut mares de patre ita de matre virgines solere recordari atque loqui. Quod naturae aptum est et consentaneum; filii enim patris, matris filiae, „*μητέρων τεθραμμέναι*“, passim creduntur. Ne dubites cf.

Eur. Phoen. 11. Iocaste: *ἐγὼ δὲ παῖς μὲν κλῄζομαι Μενοικέως*
Κρέων τ' ἀδελφὸς ἐκ μιᾶς ἔφυ.

Sed hoc levius. Gravius est ib. 156. Antigone: *ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς ἐγένετ' ἐκ ματρός;* (Polynices).

Iph. Taur. 479. Iphigenia Orestem et Pyladem recens advectos non agnita non agnitos interrogat:

πότερον ἀδελφὼ μητρός ἐστον ἐκ μιᾶς;

(At infra 800 in eadem re Orestes ad sororem:

ὦ συγκασιγνήτη τε κἀκ ταὐτοῦ πατρός.)

Heracl. 488. χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε,
οὐ ταῦρον οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
σφάξαι κελεύειν μητρὸς ἥτις εὐγενοῦς.

Accedit quod Eur. El. 1018 sqq. Clytaemnestra quo sua in Agamemnonem scelera ultionis nomine excuset, Iphigeniam a patre occisam παῖδα τὴν ἐμήν et τἀμὰ (1020. 1029. 1045), quasi nihil esset patris, appellat, opponit Orestem 1042. Agamemnonis proprium tamquam a se ipsa prorsus alienum:

εἰ δ' ἐκ δόμων ἥρπαστο Μενέλεως λάθρα,
κτανεῖν μ' Ὀρέστην χρῆν, κασιγνήτης πόσιν
Μενέλαον ὡς σώσαιμι;

Iph. A. 711 Agamemnon ad Clytaemnestram:
τοιόςδε παιδὸς σῆς ἀνὴρ ἔσται πόσις (Iphigeniae).

Stet igitur codici sua auctoritas.

Nec magis corruptum θανόντα est. Antigona, ut fit apud Sophoclem, hoc θανόντα de fratre dicto aperte respicit ad ea, quae paulo ante de proposita sibi ipsi morte (460. 462. 464) praedicaverat, praesertim quum etiam v. 478 κείνοις ἂν ἤλγουν· τοῖςδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι hanc acerbam concinnitatem adaugeat. Neque collocatio verborum τὸν ἐξ ἐμῆς μητρὸς θανόντα ea est, quae nos cogitare cogat de filio a matre occiso.

Haud raro enim vis verbalis participii θανὼν ita evanuit debilitataque est, ut merum adiectivum evadat („todt") neque sit cum proxime positis membris coniungendum. Velut El. 968 sq.

πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω
θανόντος οἴσει τοῦ κασιγνήτου θ' ἅμα

ib. 1113. φέροντες αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ
τεύχει θανόντος, ὡς ὁρᾷς κομίζομεν.

Eur. Or. 674. τὸν κατὰ χθονὸς
θανόντ' ἀκούειν τάδε δόκει.

Phil. 220 sqq.

τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε κἀκ ποίας πάτρας
κατέσχετ' οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην;
ποίας πάτρας ἂν ὑμᾶς ἢ γένους ποτὲ
τύχοιμ' ἂν εἰπών; σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος κτἑ.

La: *κἀκ ποίας πάτρας*, L. γ *κἀτι ποίας πέτρας*, γρ. *πάτρας*, apogrr. pleraque, *ναυτίλῳ πλάτῃ* ex manifesta gramatici cuiusdam interpolatione offensi in repetito *πάτρας* v. 222. Nauck. *τύχης* Seyff. *φορᾶς* pro *πάτρας* conii.

Codici hic quoque sua fides manebit. Non dicam, quod dici potest, repititionem illam ferendam esse et Philoctetae animo spe, exspectatione, timore, variis affectibus vehementissime sollicitato ideoque verboso tribuendam.

Hoc relinquitur, ut posterius *πάτρας* potius vitium alere putemus.

Hoc enim mihi dandum est in universis id genus interrogationibus apud poëtas primo loco nomen, altero terram patriam, tertio urbem, quarto genus memorari consuevisse, nisi forte unum vel alterum membrum omittatur aut plane invertatur ordo. Res extrinsecus adscitae nusquam immiscentur. Praeeunte Homero uotissimis illis *τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τόκηες*; ita usu firmata et quasi stabilita sollemnis formula, ut haudscio an in tota graecitate nunquam ab ea aberratum sit. Apud Euripidem quidem — nam Sophocles praeter hoc vacat — inter plurima exempla, quae enumerare putidum est, ne unum quidem invenitur, quin regulae sit accommodatum. Ex altera parte respondent ea, quae peregrini percontantur iuxta sollemne in terra incognita, velut:

τίς δ' ἥδε χώρα; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι; Eur. Hel. 459.

Quodsi perlustraveris talia, velut Eur. Iph. T. 495 *ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;* et Cycl. 276.

ποδαποί, τίς ὑμᾶς ἐξεπαίδευσεν πόλις; aliaque multa, in quibus patriam urbem communi ac maiori patriae oppositam videmus, quid nostro loco faciendum sit, facile apparebit. Primo igitur loco *πάτρα* intactum linquatur opor-

tet: spectat terram et nationem; altero loco propria et arctior patria vel urbs significari putanda est. Cadunt in hanc sententiam Neoptolemi responsa 232. ἴσθι τοῦτο πρῶτον οὕνεκα

Ἕλληνές ἐσμεν· τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.

et deinceps 239. γένος μέν εἰμι τῆς περιῤῥύτου Σκύρου. αὐδῶμαι δὲ παῖς Ἀχιλλέως.

Abunde constat vocabula γῆ, χθών, πόλις, πάτρα, similia, errore nato ex constanti grammaticorum explicandi adscribendique consuetudine saepe inter se esse permutata, ut O Col. 459 γῇ et πόλει, Nck. ad l. Ant. 187. χθονὸς, m. pr. πόλεως. O Col. 924—926. Heimsoeth. kr. Stud. I. p. 265 sq. bene recteque πόλεως alterius χθονὸς loco substituit. Itaque cum tanta quantam in hoc genere assequi possumus probabilitatis specie scribam v. 222.

ποίας πόλεως ἂν ὕμας ἢ γένους ποτὲ
τύχοιμ᾽ ἂν εἰπών; quod vocabulum πόλεως cum γένος necessitate quadam consociatur. De usu vid. Eur. Iph. T. 505 οὐδ᾽ ἂν πόλιν φράσειας ἥτις ἐστί σοι; — ὑμᾶς quoniam nusquam apud scenicos poëtas ultimam correptam habet, vocula ἂν cum Hermanno transponenda est, ut versus iam hic procedat: ποίας πόλεως ὑμᾶς ἂν ἢ γένους ποτὲ κτἑ.

Atque haec quidem hactenus de locis vindicandis.

Pars posterior.

Sequitur, ut emendationum nonnulla specimina promam. Supremam legem in hac quoque re codicis L. α. auctoritatem esse volui. Quum cuiusque loci vestigia literarum diligenter ac religiose in calculum recipienda sunt, tum universa libri conditio ponderanda, ut, quid mutationis quoque loco veri simile sit, quid minus, exemplorum similitudine eluceat. Ordior ab Antigona et quidem a loco valde controverso.

Ant. 1080 sqq.

Vates post praenuntiata Creonti domestica mala addit communem sententiam eamque diram ac minitabundam hanc:

ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,
ὅσων σπαράγματ᾽ ἢ κύνες καθήγισαν
ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνός, φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.

De sensu quidem praesertim post Boeckhium, virum summum, dubitari non potest.

Recte sic intelligitur: „Omnes urbes misere conquassantur, in quibus civium laniata cadavera devorarunt canes vel ferae vel ales praepes sceleratum odorem ferens in focum civitatis.“ At de verbis multae gravissimaeque oboriuntur dubitationes. Ac primum *ἐχθραὶ* non habet, quo referatur. Unum, quod subaudire liceat, est *ἐμοί;* nec tamen suffi-

cit. Exin *ὅσων σπαράγματα* sanam cogitationem non porrigunt. Cum Wolffio meo iure contendere mihi videor *ὅσων σπαράγματα* nihil significare posse nisi urbium frustula, neque ulla contortae interpretationis machina scrupulum mihi eximet. Vitium latet inveteratum.

Tertium *πόλιν* (1083.) viri docti infestarunt quippe ineptum post *πόλεις* (1080.), in hac quidem causa nimis severi mihi visi. Nauckius *πόλον* invenit et intelligit coeli spatium, avium domicilium (*ἑστιοῦχον*) consuetum. At aperte aberravit a sensu et poëtae consilio, quod ministrant vv. 1015 sqq. *νοσεῖ πόλις* cett. Idem vocabulum amplexus Seyffertus interpretatur regionem aris focisque vicinam, in eo vituperandus, quod inauditam et falsam potestatem vocabulo *πόλος* obtrudere conatus est. Prae ceteris ingeniose Wieselerus *πάλην* (i. e. *σποδόν*) invenit. Sed tum *ἑστιοῦχον* novam illicitamque vim arrogat, et *πάλη ἑστιοῦχος* nullo addito genitivo nimis incerta et infinita notio est.

Quid igitur? Priusquam haec de vitio suspecta haberentur, ea, quae pracedunt, emendanda erant. Cui muneri nondum satisfecerunt. Deinceps nullam medicinam experta sunt illa *ὅσων σπαράγματα*. Immo Seyffertus portento suo infelicissimo *ὅσων τὰ πράγματα* (negotia) locum depravavit et, quod luminis inerat, plane obscuravit. Non comprehendo, cur cum mortuorum cadaveribus non canes quoque et feras et aves et odorem insuper sceleratum, quae absque istis locum non habent, exturbaverit. Wunderus quidem et Dindorf. totum locum eiecerunt. Ad haec — nam res invitat — lacunam, ut nunc mos fert criticorum, rimari possis sic fere:

ὅσων [νεκροὶ 'βλήθησαν ὧδ' ἄτερ τάφης
τά τε] σπαράγματ' ἢ κτέ.

Me si audis lenissima emendatio fallaces rationes et uncorum et asteriscorum profligabit. Primum restituendum est *αἰσχραὶ δὲ πᾶσαι* cett. Tiresias oratione sua Creontis verba acute respicit, velut versu 1077 (*κατηργυρώμενος*) versum 1055 (*τὸ μαντκὸν φιλάργυρον γένος*), versu 1084.) *ὥστε τοξότης*) versum 1033. (*πάντες ὥστε τοξόται* cett.). Hoc loco in mentem venit. v. 1046.

χοὶ πολλὰ δεινοὶ πτώματ᾽ αἰσχρὰ (πίπτουσι) cett.

De αἰσχρὸς et ἐχθρὸς sexcenties permutatis vid. Nauck. Eurip. Studien II. p. 44. adde Soph. Phil 1284 libb. ἔχθιστος pro αἴσχιστος Ai 658 ἔχθιστον, ε ex αι facto O. R. 1519 unum apogr. αἴσχιστος pro ἐχθ. Ai 1059 libb. Tricl. ἐχθίστῳ pro αἴσχ. Eur. Andr. 1007:

ἐχθρῶν γὰρ ἀνδρῶν μοῖραν εἰς ἀναστροφὴν
δαίμων δίδωσι κοὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα

αἰσχρῶν reponendum censeo.

Iam στ pro ς scribendo locum ad genuinam formam restituo sic:

αἰσχραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,
ὀστῶν σπαράγμαθ᾽ ᾗ κύνες καθήγισαν·
ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνός, φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον εἰς πόλιν.

h. e. „omnes foede pessum eunt civitates ubi lacera cadavera canes contaminarunt". De enuntiati forma πᾶσαι — ᾗ compares Ai. 1081:

ὅπου δ᾽ ὑβρίζειν δρᾶν θ᾽ ἃ βούλεται παρῇ,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ — πεσεῖν

Phil. 456 ὅπου δ᾽ ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει
κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὡ δειλὸς κρατεῖ,
τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ.

fr. 674. ὅπου γὰρ οἱ φύσαντες ἡσσῶνται τέκνων,
οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις.

Ad ὀστῶν σπαράγματα vid. Eur. Med 1217 σάρκας γεραιὰς ἐσπάρασσ᾽ ἀπ᾽ ὀστέων.

De ᾗ recte locum obtinenti cf Trach. 573.

Adde Aesch. Cho. 304 τῇδε τελευτᾶν, ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.

Eur. Hik. 1205. ᾗ δ᾽ ἂν διοίξῃς σφάγια καὶ τρώσῃς φόνον,
ὀξύστομον μάχαιραν ἐς γαίας μυχοὺς
κρύψον.

Aristoph. Av. 1. ὀρθὴν κελεύεις, ᾗ τὸ δένδρον φαίνεται

Hom. Od. XIV. 2 *χῶρον ἀν' ὑλήεντα δὶ ἄκριας, ᾗ οἱ Ἀθήνη | πέφραδε δῖον ὑφορβόν.*

Plat. rep. II p. 359 d *γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον, ᾗ ἔνεμε.* Xenoph. Anab. III. 4, 37. *καταλαμβάνουσι χωρίον ... ᾗ ἔμελλον οἱ Ἕλληνες παριέναι.*

Etym. M. *ᾗ· ἀντὶ τοῦ ὅπου.*

ᾗ in *ἢ* corruptum habes Ai. 966 et Eustath ad Od. V. 34; in *ἤ* (sic La., apogrr. *εἰ*) mea sententia Phil 333.

οἴμοι· φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω
πρῶτον τόδ', ᾗ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος,

ubi pro vulgato *εἰ* recte me reposuisse *ᾗ* h. e. quo modo, luce clarius docent, quae respondentur.

τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο
τοξευτός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

cf El. 679. *εἰπέ, τῷ τρόπῳ διόλλυται;* et Ant. 1314 *ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ.* unum *ᾗ* sicut supra, attraxit alterum, corrumpens *εἰ*, O. Col. 80. coll. codic. ad l.

Sed revertor. Sequitur ut collocationem adverbii relativi gravem potius et exquisitam quam molestam esse dicam, praesertim quum *ὀστῶν σπαράγματα* in unam notionem coalescat. cf. Tr. 779 *ἄρθρον ᾗ λυγίζεται.* Ai. 590 *οὐ κάτοισθ' ἐγὼ θεοῖς*

ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι.

Phil. 903. *ἅπαντα δυσχέρεια, τὴν αὑτοῦ φύσιν*
ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προςεικότα.

O. Col. 928. *ἀλλ' ἠπιστάμην*
ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.

O. R. 428. *σοῦ γὰρ οὐκ ἔστιν βροτῶν,*
κάκιον ὅστις ἐκτριβήσεταί ποτε.

Nunc in *πόλιν* non amplius haerendum est. Atque imprimis et naviter tenendum est patere hic traductionis figuram. *πόλεις* enim significat civitates et cives, *πόλιν* urbem (*ἄστυ*) quatenus domibus constat plateisque. Accedit quod *ἑστιοῦχον* praedicative ut dicunt collocatum omnem vim ita arripit, ut voci *πόλιν* paene nihil soni relictum sit, quasi: *ἐς ἑστιοῦχον πόλεως τόπον.* recte schol. vet. *ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τὴν ἑστίαν τῆς πόλεως.*

Pergo ad eiusdem fab. v. 756.

γυναικὸς ὢν δούλευμα μή κώτιλλέ με,
quem quum iterum atque iterum relego vitii immunem habere non possum.

Κωτίλλειν descendit a voce nativa et *ὀνοματοποιητικῷ κωτίλος* primum ut videtur de avibus garrulis dicta. Etym. Gud. p. 558. 6 *κώτιλλος· ὄρνεον οὕτω καλούμενον· ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ πολλὰ λαλοῦντες (καὶ κολακεύοντες) κώτιλλοι καλοῦνται.*

Κωτίλος igitur est garrulus, loquax, adsignificata lenocinii notione. Hesych. *κώτιλον· ἡδύ· τρανές· λάλον. εὔστομον.* Anacr. 9 (12), 2. *κωτίλη χελιδών.* Theogn. 295:

κωτίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος.

Aristot. H. An. I. 1., extr. *κωτίλα καὶ σιγηλὰ ζῶα* discernit. Philodem. Anthol. V. 131. *κωτίλον ὄμμα.* ib. VII. 221 Adespot. *ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα τὰ κωτίλα.* Tum de eo dicitur, qui garriendo decipit: Hesych. *κώτιλος. κολακευτής. δόλιος. ἀπατηλός. πανοῦργος.* Soph. fr. 606. *κώτιλος ἀνὴρ λαβὼν πανοῦργα κέντρα.* Itidem *κωτίλλειν* primum significat blande fabulari: Hesych. *κωτίλλω. κολακεύω.* Hesiod. Opp. 374 ed. Göttl. *γυνὴ — αἱμύλα κωτίλλουσα.* Theogn 852. *μαλθακὰ κωτίλλειν.* Phocyl. ap. Athen. X. p. 428 b *ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν* (Phocyl. fr. 7); tum garriendo decipere: Hesych. *κωτίλλει, δολίως ἀπατᾷ* schol. min. nostro loco *μή ἀπάτα με.* Theogn. 363. *εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρόν. ὅταν δ᾽ ὑποχείριος ἔλθῃ,*

τῖσαί νιν. Nihil praeterea in verbo situm esse potest. Quare Seyffertus explodendus est, quum Ai 327:

καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν,
τοιαῦτα γάρ πως καὶ λέγει κὠδύρεται

rescribat: — — *καὶ βλέπει κωτίλλεται.* Formam medialem enim, quae non invenitur, sibi finxit, usum verbi plane neglexit. Ab Aiacis moerore perquam alienum, quod non adhibetur nisi in re iucunda.

Quae quum ita sint, verbum in nostrum locum quadrare nego. Quae nobis venditantur:
aut „ne me garriendo eneça“ (Brunck. notione falsa)
aut „ebulli omnia non terrent“ (Both.)
aut „ne me aduleris“ ironice dictum (Boeckh.)
aut „ne me decipias adulando“ (Nauck.)

aut id genus alia, virorum doctorum studia operosa atque molimina potius declarant, quam rem ad liquidum perduxerunt. Obstat iis imprimis altercationis acerbitas, affectuum ardor et quasi furor summus. Haemon quamvis initio modestissimum se praebeat, paulo post, quum patrem durum sensuque communi vacuum inveniat, eo procedit, ut eum 735. *ἄγαν νέον*, 741. mulierem, summum in Creontem convicium, appellet, 745. debitum diis honorem conculcare eum dicat, tribuat ei *κενὰς γνώμας* v. 753. Ad haec Creon: *ὦ παγκάκιστε* 742. *ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον* 746. *κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός* 754. Iam ubi filius repetiit convicium

755: *εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ᾽, εἶπον ἄν σ᾽οὐκ εὖ φρονεῖν*,

putemusne repentino quodam motu Creontis mentem mutatam esse? animi vehementissime exacerbati non grassantur per dissimulationem urbanam. Nec ullum invenimus Creontis ironiae vestigium, et in ipso versu cetera *γυναικὸς ὢν δούλευμα* serio et vere dicta sunt. Neque ad modestum, ut volunt, dicendi genus: *εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα* verbum *κωτίλλειν* referendum est. Quid enim aliud inest, atque quod in praeteritionis figura, qua quod te dicturum esse negas, eo manifestius ante oculos ponitur. Accedit, quod gravissimum est, quod verbum ubi *κολακεύειν* significat pro natura sua nusquam accusativum personae sed rei tantummodo assumit; ubi accus. person. additur, usquequaque valet *δολίως ἀπατᾶν*, blandis verbis decipere. Sed ubi dolus sit, ubi blanda verba, nemodum monstravit. Mihi totius loci sensum nexumque accurate perpendenti non dubium est, quin notio *δεννάζειν* vel *ὑβρίζειν* vel simile quid vetusto errore obscuratum sit. Clamat Haemonis responsum 757: *βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν.*

Clamant Creontis verba 758:

ἀλλ᾽ οὐ, τόνδ᾽ Ὄλυμπον, ἴσθ᾽ ὅτι
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ. Quae nemo cum *κωτίλλειν* conciliavit. Eustath. ad Il. H. p. 668 *δέννον· τὴν ὕβριν.* Clamat in illo ipso versu illud *γυναικὸς ὢν δούλευμα.* „Tene, ait Creon indignabundus, mulieris mancipium, mihi conviciari!“ Hoc enim indignum cf 678 sq. 680. 649 sqq. 740. 746. Garrire autem et adulari certe

licebat ἀνδρογύνῳ, neque in hoc ulla vis aut acerbitas inesset. Apage igitur κωτίλλειν. Neque enim morigerandum Engero Philol. XXV. p. 345 sq. vv. 756 sq. post 749 collocanti. At enim praeteriit virum doctum tum versum 757:

βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν κλύειν

plane ineptum evadere et ταύτην v. 750 iusto longius a κείνης 748 removeri.

Atque ut ad emendationem veniam, quum sensus laboret verbis fallaci specie visis integerrimis, spripturae mendum non glossema latere consentaneum est. Similis forma igitur retineatur. Restituo: γυναικὸς ὢν δούλευμα μὴ κάτιλλέ με, noli me contumeliis eludere. Quod verbum (κατὰ et ἴλλειν) idem valere contendo ac κατιλλαίνειν, deiectis oculis irridere. Hesych. κατιλλάνθη· κατεμυκτηρίσθη. Vocabulum primitivum est ἴλλος, oculus, nomen poëticum (Pollux. Onom. II. 52. Hesych. s. v. ἰλλώπτω passimque) unde ἰλλαίνειν (Poll. II, 54. Hippocr. p 153 C p 1122 G) et ἰλλίζειν (Suid. s. v.) oculos torquere, nictare; dein ἰλλωπέω ἰλλωπίζω, ἰλλώπτω eadem significatione (Hesych. s. v. Hemsterh. ad l. Pausan. ad. Eustath. p 206, 32). Vibrati autem luminum iactus locum habent in subsannando atque irridendo. Ex eo genere sunt ἐπιλλίζειν (cf. Apoll. Rhod. I. 486. καί μιν ἐπτλλίζων ἠμείβετο κερτομέοισιν, Hesych. ἐπιλλίζουσα· καταμωκωμένη.

Suid. ἐπιλλίζουσα· ἐπεγγελῶσα. Zonar. s. v.), ἐπιλλοῦν (Eustath. l. c. τὸ μυκτηρίζειν), ἐπιλλώπτειν (Plut. discr. ad. et amic. 7.) κατιλλώπτειν (Poll. II. 52 καταβλέπειν ἐπὶ χλευασμῷ, Pausan. ap. Eust. l. c), ἐγκατιλλώπτειν (Aeschyl. Eum. 116 ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα, schol χλευάσας ἐγγελάσας), παριλλαίνειν (Phot. παριλλαίνουσαν. παραβλέπουσαν, Hesych. s. v.).

Similem significationum seriem horum verborum πρωτότυπον ἴλλειν ab ἴλλος per se derivatum efficit. vid. Camerar. in Steph. thes. s. v. ἴλλειν. Sic ἐνίλλειν habes ap. Eustath. p. 206, 30 ex Pausaniae lexico prolatum; explicatur τὸ ὀφθαλμοῖς καταμωκᾶσθαι. Praeterea ἀνίλλειν adfuisse olim videtur. cf. Poll. II. 54 ἀνίλλωμα. ἀνάβλεμμα quasi ab ἀνιλλόω,

quod non invenitur. Ad horum similitudinem quid vetat refingi *κατίλλειν* i. e. *χλευάζειν*, *δεννάζειν*? Huc refero *Κάτιλλος* nomen proprium Paus. VI. 19. 6, quocum compares *κατιλλαντής* Aristot. physiogn. VI. p 813, 21. Num Hesychii glossa perperam scripta:

κοτίλλουσα· τίλλουσα

ad rem pertineat emendandaque sit

κατίλλουσα· τίλλουσα

(conf. id. *τιλλομένη. λοιδορουμένη.*
τίλλει· μέμφεται. ἀποσκώπτει.)

nondum audeo diiudicare. Veri simile est.

Hoc duntaxat scimus huius generis verba in codicibus scripturae vitiis scatere innumerabilibus et incredibilibus. cf Henr. Steph. thes. IV. p 1319. 1, ubi formae *κατείλλουσαι* variae lectiones patent haec, *κατειλοῦσαι*, *κατιλλαίνουσαι*, *κατατίλλουσαι*. Quapropter non terret codicis lectio Hesych. l. c.

κοτήλλουσα· τήλλουσα

quum et ordo *ι* postulet et in *κατηλάνθη*, *κατηλλώπτω* cett. idem error usu veniat. Recte quidem Heimsoeth. l. c. p. 71 Es wird sich immer mehr herausstellen, dass der Sprachschatz der Dichter vielfach eingeschränkt wurde durch Schreibfehler nicht minder als durch Glosseme." Potestatem hic verbis satis fortem esse, ut non tantum oculos nutum vultum spectent sed etiam verba atque contumelias, tum exempla docent allata tum docebunt, quae item ab *ἴλλος* profecta sunt, verba *σιλλοῦν διασιλλοῦν*, *σιλλαίνειν*, *δενδίλλειν* (*δέννος* et *ἴλλειν*.). Hesych. *σιλλαίνειν· διασύρειν* id. *σιλλός· κακολογία, καὶ χλευασμός.* id. *δενδίλλει· ἀτιμάζει, σκώπτει.*

Ἀνάλογον habemus *μυκτηρίζειν* cum vocabulis derivatis et *σιμοῦν κυνοφθαλμίζεσθαι*, alia. Ipsum *σκώπτω* a *σκέπτομαι* ducitur.

Phil. 227 sqq.

ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε κἄφιλον καλούμενον
φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε.

Καλούμενον non posse valere *ὄντα*, ut Blomfieldius ad Aeschyl. Ag. 1244. et post eum alii voluerunt, satis super-

que demonstravit F. G. Schmidt. de ubert I. p 5—7. Aliorum inventa multa et varia partim idem Schmidt l. c. p 7, partim Seyffertus ad l. suo iure reiecerunt. Sed quod de suo addidit ille λελειμμένον vel ἀμελούμενον, hic καὶ φίλων τητώμενον haec ut a sensu debiliora ita a scriptura audaciora sunt. Ego de mea coniectura κἀλώμενον lega, quod Hermannus olim protulerat prolatumque revocavit. Nomen δύστηνον binis membris bis defiuitur: primum per μόνον, ἔρημον tum per κἄφιλον κἀλώμενον (altero καὶ non possumus carere). Hoc Philostetes indicat ab amicis et patria se esse remotum, illo insulam desertam esse nec ullius incolae pede tritam.

De quo vid. 691 ἵν' αὐτός οἱ πρόσουρος, οὐκ ἔχων βάσιν,

οὐδέ τιν' ἐγχώρων κακογείτονα
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον
— — κλαύσειεν.

Quorum alterum versum sic restitui velim:

οὐδέ τις ἦν χῶρον κάτα γείτων,

ut ἦν nanciscamur, quod deleto priore ἦν necessarium esse etiam Dindorf. ed. 4. Lips. 1863 vidit, atque ut metrum strophicum commodius responderet: v. 678 τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ Διὸς cett. Porson addidit τῶν post ποτέ. Legendum est ποτὲ Δίων vel, si mavis, (secund. El. 1096 τᾷ Διὸς εὐσεβείᾳ γρ. τᾷ Ζηνὸς, recte quidem) ποτὲ Ζηνὸς. κ et τ haud raro confunduntur, fortasse etiam O. R. 1280.

τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν οὐ μόνῳ κακὰ
ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά. Priori loco coniicio μόνου κάτα. Anastrophen praep. κατὰ vid. Ai 302. Eur. Cycl. 318. Hel. 386. Soph. Ai. 969.

Sed iam ad institutum redeo. Verbum ἀλᾶσθαι optime usurpari debere de claudo homine in deserta insula relicto facile est ad demonstrandum. Adhibetur enim infracta vagandi notione tum de miseris, qui omnium ope destituti quo se vertant nesciunt, tum de iis, qui peregre eamque ob rem in misera vitae conditione (cf. Germanicum ellenti) versantur. Vide sis O. Col. 1363 ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος

ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον (per te exul). Eur. Phoen. de eodem Oedipo v. 1705 ἐν ταῖς Ἀθήναις κατ-

θανεῖν μ' ἀλώμενον. Explicatur 1735: *φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον θανεῖν που.* Hipp. 897 *ἢ τῆςδε*

χώρας ἐκπεσὼν ἀλώμενος
ξένην ἐπ' αἶαν λυπρὸν ἀντλήσει βίον.

Hel. 934, Helena, quae per 17 annos a Proteo rege Aegypti custodita est neque hoc longo tempore e domo regia excessit, haec fatur:

τὴν δ' ἐνθάδ' ἐκλιποῦσ' ἀλητείαν πικρὰν
ὄντων ἐν οἴκοις χρημάτων ὀνήσομαι.

Item de Ione Atheniensi, qui in templo Delphico aeditui ministeria curat Eur. Ion. 576. haec:

ἀλλ' ἐκλιπὼν θεοῦ δάπεδ' ἀλητείαν τε σὴν
εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε. Versu 1089 appellatur *Φοίβειος ἀλάτας*, quamquam non ultra *ἀμφιβωμίους στροφὰς ἡλᾶτο* (52).

Item de Oreste, quem *ἐκκλέπτει τροφεὺς*
Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκέων εἰς γῆν τρέφειν (El. 18).
haec Eur. El. 1112. *τὸν δ' ἔξω χθονὸς*
πῶς οὐ κομίζει παῖδ' ἀλητεύοντα σόν;
coll. de eodem v. 202. *τοῦ ζῶντος ἀλάτα,*
ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει
μέλεος ἀλαίνων ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν. coll. 139.
adde Soph. Tr. 300. *ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας,*
de virginibus captivis.

O. Col. 1022.

Post versus 1019 sqq: *ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με*
χωρεῖν ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖς δ' ἔχεις
τὰς παῖδας ἡμῖν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί
nullum legitimae adiunctionis vestigium habent haec:
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.
ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες κτἑ.,
quia statim unicuique legenti quamvis invito ad puellas redeat cogitatio. Quod vertunt: „Si vero aufugerunt raptores earum compotes, non est, quod laboremus", subaudiunt articulum *οἱ*, quo aegre caremus et genitivum *αὐτῶν*, quem hic ex ullo membro repeti posse nego. Verbum *φεύγουσιν*, quod statim sequitur 1024. commodiori loco, hic omnino locum

habere non videtur. Notionem saltem verbis *ἐν τόποισι τοῖσδ᾽ ἔχεις* contrariam, quam praestare debebat, non praestat.

Scribendum est, ni fallit coniectura

εἰ δ᾽ ἐγκρατεῖς σφ᾽ ἄγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.

Nam *ἄγειν* peculiare et proprium verbum in hacce re est. cf. 657. 784. 819. 826. 847. 860. 874. 916. 923. 927. 662. Nunc *αὐτῶν* intelligitur ex *σφε*, articuli defectio toleratur. Mendum ex v. 1024 natum est. Similiter codex peccat: Ai. 482 *τῆς αὐτοῦ* (pro *τῆς σαυτοῦ.*) 667. *ἀτρείδα σέβειν* (p. *ἀτρείδας σ.*) 1024 *πῶς ἀποσπάσω* (p. *πῶς σ᾽ ἀπ.*) 1195 *ὃ στυγερῶν* (pr. *ὃς στυγ.*) 1298. 1374. 153. Ant. 292 *ὡστέργειν* (pr. *ὡς στ.*) Phil. 540. *νεὼ σῆς* (p. *νεὼς σῆς*) add. Ant. 893. *ἐν εκροῖς* (p. *ἐν νεκρ.*) 952. *ἂν ιν* (pro *ἄν νιν*). passim.

O R. 577. sqq.

ΚΡ. *ἄρχεις δ᾽ ἐκείνῃ ταὐτὰ γῆς, ἴσον νέμων;*
ΟΙΔ. *ἂν ᾖ θέλουσα πάντ᾽ ἐμοῦ κομίζεται.*

Non coniungenda sunt, quod in proclivi, *γῆς ἴσον νέμων*, quum regni fines inter se divisos non habeant rex et regina. Quodsi construimus *ἄρχεις γῆς ταὐτὰ ἐκείνῃ, ἴσον νέμων*, si mittis tautologiam (*ταὐτὰ — ἴσον*), contorta certe et collocatio et dictio et sententia efficitur. *γῆ* omnino importune illatum videtur in sermonem eum, qui de muliere est. Sensus quidem clarescit „Parem ei dignitatem potestatemque tribuis", fere *ἴσον τῆς ἀρχῆς* vel *τοῦ κράτους*. cf. v. 581 *ΚΡΕΩΝ*: *οὔκουν ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν τρίτος;* Refingo igitur pro *ταὐτὰ γῆς* coniectura satis certa *τῆς ταγῆς*:

ἄρχεις δ᾽ ἐκείνῃ τῆς ταγῆς ἴσον νέμων.

Hesych. *ταγαῖς· ἀρχαῖς.* De prima correpta vid. Herm. ad Aeschyl. Ag 108. Ellendt Lex. s. v. *ταγός*.

Aristoph. Lys. 105. *ὁ δ᾽ ἐμός γα, κἂν ἐκ τας ταγᾶς*
. . . . *ἔλσῃ πόκα,*
πορπακισάμενος φροῦδος ἀμπτάμενος ἔβα.

Aeschyl. Eum. 293. *θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ.*
Hom. Il. XXIII. 160 *παρὰ δ᾽οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων.*
Arist. Equ. 159. *ὦ τῶν Ἀθηνέων ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων.*

Crameri Anecdd. II p. 350, 2. *τὰ εἰς γη ἰαμβικὰ οὐδέποτε ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται· οἷον, στέγη· φαγή. ταγή.*

Consimile mendum irrepserat Aeschyl. Ag. 108 *ξύμφρονα ταγάν* Medic. Guelferb. Ald. Rob. *τὰν γᾶν* exhibentibus.

Heimsoethius quem mecum facere laetor, quod saltem ad sententiae indolem attinet, coniicit krit. Stud. I p 80 sq. *τοῦ κράτους* pro *ταὐτὰ γῆς*.

O R. 867 sqq.

εἴ μοι ξυνείη φέροντι
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται.
ὑψίποδες, οὐρανίαν
δἰ αἰθέρα τεκνωθέντες.

Nemodum inventus est, qui verba *δἰ αἰθέρα τεκνωθέντες* commode explicuerit vel inter se conciliaverit. *Διὰ* cum accus. iunctum spatia designat, non simpliciter locum (Krueg. II, 68, 23), et *τεκνωθέντες*, quoniam proxime subsequuntur *ὧν Ὄλυμπος πατὴρ μόνος* et *οὐδέ νιν θνατὰ φύσις ἀνέρων ἔτικτε*, si nihil aliud, otiosum et supervacaneum est. Nemo autem, opinor, accedet Hasselbachio vertenti (Sophocleisches p. 152. sq.) „die den himmlischen Aether zur Mutter, den Olympus zum Vater haben.“ Nam aperte falsa sunt. Ex iis, qui in coniecturas iverunt, non audiendi sunt, qui mutant metrum, quum nullum eiusmodi vitii indicium sit. Contra quum versus antistrophici (877) metrum lacuna manifesta laboret, omne illi fundamentum subvertunt. Bergkii coniecturae *οὐρανίαν δἰ αἰθέρ' ἐκταθέντες* vel *οὐρανίαν αἰθέρα τανυσθέντες* non nisi spatiorum in *δἰ αἰθέρα* notationem complentes parum in se habent significationis, ponderis, roboris, quam quae celsissimo carmini sufficere videantur. Reiecit ea M. Seyffertus fastidiose suis argumentis in Mützell. ephemerr. XVII. p 595, ipse non felicior in emendando: *δἰ αἰθέρα τέκμαρ θέντες* (requiras plur. numer.). Quae nec significare possunt „stellarum in coelo quasi quandam scripturam“, nec hoc loco et nexu debent. Cetera consulto omitto.

Ego non dubito, quin sensus poëtae reddendus sit hic: “leges sublimes, coelestem per aethera firmiter constitutae“, verba haecce,

ὑψίποδες, οὐρανίαν·
δὶ αἰθέρα πυκνωθέντες.
„im hohen Aether gefestigt.“

cf. quae proxime insequuntur: οὐδὲ μήποτε λάθα κατακοιμάσῃ· μέγας ἐν τούτοις θεός, οὐδὲ γηράσκει.

Firmi iidem dicuntur νόμοι ἄγραφοι Antig. 454: ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν νόμιμα (Add. Etym. Gud. p. 609. 12 et p. 487, 5: πυκινόν· ἀσφαλές. Hesych. πυκινήν· ἰσχυράν). Ὁρίζειν de iis ponitur ibid. v. 452.

οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

(Add. Lexic. Vindob. ed. A. Nauck. p. 44. διώρισαν· ἀντὶ τοῦ ὁρισμῷ ἐβεβαίωσαν Hesych. διωρίζετο· διεβεβαιοῦτο). Indelebiles sunt nec marcescunt O. R. l. modo citato v. 870 sq. (schol οὐ φθείρεται).

Vivunt vigentque Ant. 457. Ἱδρύειν de legibus dictum vid. in iureiurando Atheniensium civili ab. Poll. On. VIII. 106 et Stob. Serm. XLIII. 48: καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕστινας ἄλλους ἱδρύσεται τὸ πλῆθος ὁμοφρόνως (Add. Lexic. Vindob. p. 103. 15 ἱδρυμένος. ὁ ἐστηριγμένος. Hesych. ἱδρυμένα· ἠσφαλισμένα). Comp. Thuc. III 37 νόμοι ἀκίνητοι, firmiter constituti. et 1, 71, τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα. In contrariam partem habes νόμους κινεῖν ap. Aristot. Polit. II. 5, 10 et 13 et passim.

Verbi πυκνόω usum docent tum Lexica tum Steph. thesaur. s. v. add. Kock. ad Aristoph. Nubb. v. 702. De τ et π in codice La. permutatis vid. ad Ant. 249. 785. 367. Phil 751. Ai 1186. 33. Et O. Col 505. ἢν δέ του σπάνιν τιν' ἴσχῃς, ἔστ' ἔποικος, ὃς φράσει mihi που scribendum videtur pro του.

De ε et υ vid. prae ceteris O R. 1025 τεκὼν (pro τυχὼν) et El. 686 φύσει (pro ᾽φέσει).Dind. ad l.

In eodem cantico vv.

O. R. 879 sq.

τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι

non adducor ut integra esse credam. Interpretes ex pacto et convento quasi in scholiastae recent oraculo:

ἤγουν τὴν ζήτησιν τοῦ φόνου τοῦ Λαΐου plerumque acquiverunt πάλαισμα „consilium" accipientes, quum nec detur aptum sententiae firmamentum), et vox ipsa respuat hanc vim nihil nisi „luctationem" aut κακοτεχνίαν significans. Quid? quod Oedipus et chorus adhuc admodum dubii annituntur cognoscere interfectorem indeque illud quod volunt consilium καλῶς ἔχον dici nequit? Quid? quod μήποτε ineptum est et λῦσαι vix recte dictum de re inchoata necdum ad ullum finem perducta. Iam quod gravissimum est, quum post dira Tiresiae vaticinia choro etiam audita Oedipus in summo discrimine atque adeo ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς versetur inque eo sit, ut paene de se ipso desperet (v. 744 sq. 767 sq. 771 sq. 815 sqq.), a choro, qui summa veneratione studio observantia Oedipum prosequitur (492 sq. 503—511. 663—665), nihil magis alienum est, quam ut id bene se habere dicat, quod male casurum et in regem gravissima cum calamitate irrupturum esse, iam tunc videbatur (v. 834 ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ᾽ ὀκνηρά). Tale quid qotius exspectaverimus, quo chorus Oedipo metuere se et cupere pariter indicet. Denique omnino mentio illius consilii, quoquo eam vertis ἀπροςδιόνυσος est et cogitationum seriem de legibus divinis earumque violatoribus tyrannis institutarum prorsus interrumpit. Quapropter cum Ellendtio alii consilium intelligunt, quo regnum adeptus sit Oedipus, aenigma videlicet Sphingis ab Oedipo solutum, ut ipse potissimum Oedipus de civitate egregie meritus significetur. Hoc vero non est interpretari sed Sphingis griphum gripho superare.

Chori affectibus subiecta sunt tamquam fons atque caput haec: „Res eo redit, ut a tyrannis (Iocastâ) spernantur oracula neque iis amplius fides habeatur". Quo dolore correptus stropha prima sanctas divinas leges indelebiles recordatur; quae a tyrannis fieri ut violentur indicat in antistropha: Ὕβρις φυτεύει τύραννον. fastus regalis, inquit, ubi temere multa nec opportuna nec utilia patravit, a summo fastigio delapsus in exitium ruit." Iam quum meminerit iniustum se esse contra regem pium, sapientem, ὕβρεως immunem, et qui ex parte tantum cum Iocasta parum verecunda consenserat, quum meminerit cum rege si praecipitaretur etiam rempublicam quippe arcte coniunctam (vid. 629. 922

sq. Scheidew. ad Antig. 1080) collabefieri, mea sententia non potuit non addere: „Nostra autem tyrannis vel potius nostrae reipublicae status, qui bene se habet, ne evertatur, deum oro. deo non desinam unquam praeside niti“. Tum demum recte cadunt ea quae proxime insequuntur in contrariam partem:

εἰ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται, — —
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα,
δυσπότμου χάριν χλιδᾶς.

Quocirca leni transpositione

pro *ΠΟΛΙ ΠΑΛΑΙΣΜΑ*

repono *ΠΑΛΑΙ ΠΟΛΙΣΜΑ*, ut vis praecipua in *καλῶς ἔχον* posita sit: *πόλισμα*, quatenus *καλῶς ἔχει*. Krueg. I. §. 57, 2, 1. et 50, 8, 1.

cf. Aeschyl. Ag. 814 (de re publica:) *καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον.*

Res publica ab Oedipo diu feliciter gubernata quin recte *πάλαι καλῶς ἔχων* vocetur nemo dubitabit, qui vv. 1282 (*παλαιὸς ὄλβος*) 1198—1203 (*χώρᾳ πύργος ἀνέστας*) 561 (*παλαιοὶ χρόνοι*) 443. 694 sq. 1221 sq. accurate contulerit. De verbis in codice transpositis dixi ad O Col 301. de *ει* et *ι* inde ab antiquissimo tempore permutari solitis cf. Wattenbach. Palaeogr. p. 5.

Λύειν (sicut Latinum solvere) recte dici pro „tollere, finire“ talibusque ostendunt Hom. Il. IX. 24. *ὃς* (*Ζεὺς*) *δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα ἠδ' ἔτι καὶ λύσει.* XVI. 100.

ὄφρ' οἶοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν.

Herod III. 82. extr. *πατρίους νόμους λύειν.* Xen. An. IV, 2, 25 *ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν τῆς παρόδου.* Pind. Pyth. XI. 34 *Τρώων ἔλυσε δόμους ἁβρότατος* (*ἔπαυσε*). Eur. Iph. A. 1268 *θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς.* Ad notri autem loci similitudinem proxime accedit Soph. Tr. 654. *ἐξέλυσ' ἐπίπονον ἁμέραν*, finiit laboriosum diem, h. e diem, quatenus laboriosus erat. Propono *ἐπίπονον αἰῶνα*, ne metrum pugnet cum antistrophicis (662) *ἐπὶ προφάσει θηρός* neve canticum desinat in arsin, quod inauditum apud Sophoclem si mittis dochmiaca et choriambica perpauca. Hesych. *αἰών· ὁ βίος.* Ai 131. *ἡμέρα* valet *αἰών, χρόνος. αἰῶνα* de spatio temporis dixit Aesch. Ag. 107 *ἀλκᾷ σύμφυτος αἰών* et Apoll. Rhod. IV. 1216 *ἀλλὰ τὰ μὲν στείχοντος ἄδην αἰῶνος ἐτύχθη.* De

eiusmodi glossematis dixi ad. Phil. 220. supr. addo Ant. 223 τάχους schol. σπουδῆς 387. ἐξέβην superscr. προὔβην. 1232 βέλους superscr. ξίφους. Ai. 28 νέμειν var. τρέπειν. Phil. 1218 ὁμοῦ superscr. ἐγγύς. alia.

Sed haec quidem hactenus. Tantandem praeter hanc quam dedi partem quum emittere per libelli angustias in praesenti vetitus sim, in aliud tempus et opportunam magis occasionem reservabo. Multa, quae meis curis inveneram silentio praetereunda erant, quum occupata ea ab aliis postmodo viderem. Sin quid in hac re me fugerit, veniam peto. Nam in tanto horum studiorum vigore tantaque silva librorum libellorum ephemeridum ne diligentissima quidem collectio omnia poterit complecti.

Index locorum.